[illegible] in questo [illegible]

[illegible] castello [illegible]

[illegible]

[illegible] Vi facciamo sapere con questa [illegible]

[illegible] della gratia [illegible]

[illegible]

[illegible] del nostro Signor [illegible] Giovanni [illegible]

[illegible] residenza [illegible]

[illegible] sotto [illegible]

altre volte [illegible]

[illegible] sententia [illegible]

[illegible] dimentione [illegible]

[illegible] obligati [illegible]

[illegible] applicarsi alla Città [illegible]

[illegible] detto [illegible]

[illegible] i suoi [illegible]

[illegible] dovere [illegible]

[illegible]

[illegible] registrate [illegible]

[illegible]





DE·OFFICIIS

N·DEI·NOMINE·AÆ

Anno ab eiusdem salutifera nativitate Millesimo quin-
gentesimo trigesimo [illegible] indictione [illegible] tempore pon-
tificatus S. D. N. Domini Pauli divina providentia pp
tertii [illegible] tempore potestarie spectabilis viri ser [illegible]
[illegible] de [illegible] et tempore prioratus [illegible]
[illegible] Jo. Mathei [illegible]
[illegible] et ser Jo. [illegible]

Divino numine repetito quoniam cuncta in ſuperioris diſpoſitione conſiſtunt quo ſine nullam fundatur exordium merito igitur in cuiuslibȝ operis principium invocandum eſt devotum nomen eius ut ſit cuiuslibȝ implementis ſuffragio ad principium bonum mediumqȝ melius et ad finem optimū noſ pervenire concedat Jccirco in principio huius operis ſeu ſtatuti primo et anteomnia invocandum cenſemus nomen omnipotentis dei patris et filii et ſpiritus ſancti. Atqȝ piiſſime marie semper virginis matris Domini noſtri Jeſu xp̄i advocatricis noſtre ac principum apoſtolorum Petri et pauli Beatorumqȝ patrum et protectorum noſtrorum et comunis iam Michaelis Archangli et Sancti antonij et ad reverentiam totius curie celeſtis.

Nec non ad ſua honorem ſtatum et exaltationem triumphū et fidelitatem Sacroſancte Romane eccleſie et prefato ſanctiſſimo in xp̄o Patris et Domini noſtri Domini Pauli

Quod nullus allibratus in catasto cois iam a quatragi-
ta libris supra possit haberi aliqd offitiu in comuni — cap. XXXIII.

De proponendo de subspensione aliquorum statutorum
et de no acceptando offitium pter forma statutoz — cap. XXXIIII.

De pena priorum non facientium dari depositum ab illis
qui emerint aliquod de bonis cois tempor ipsoru offitij — cap. XXXV.

TABULA II LIBRI CAUSAR CIVILIUM

De citationibus fiendis in causis civilibus — cap. I.

De modo procedendi contra confitentem — cap. II.

De modo procedendi in causa quo reus petierit libellum
et de expeditione causarum civilium — cap. III.

De modo procedendi contra negantes debitum in totum
vel in partem petitum — cap. IIII.

De modo procedendi contra contumacem et missionis i tenuta — cap. V.

Qualiter instrumenta mandentur executioni — cap. VI.

Quod potestas possit deferre iuramentum et de quolibet
precepto solui faciat salarium — cap. VII.

De instrumentis debitorum a viginti annis retro factis
mandandis executioni — cap. VIII.

De sequestratione fienda — cap. IX.

De non emendo ab aliquo forense ius et actionem
contra aliquem terrigenam — cap. X.

De executione seniarum et laudoru in civilibus caus — cap. XI.

De cogendis consanguineis et affinibus inter quos esset
questio ad compromittendum — cap. XII.

Quod arbitri et arbitratores in quacumque causa electi coga-
tur ipsam finire et terminare infra unum mensem —

3 r

¶ Quod quilibet fideiubens ſeruetur indemnis — cap.° XIIII°

¶ Quod venditor poſſit cogi ſumarie ad recipiendum in ſe iudiciu(m) de re vendita de qua emptori lis moveretur — cap.° XV°

¶ De pena vendentium rem duobus vel pluribus in ſolidu(m) — cap.° XVI°

¶ Quod mulier dotata nihil ultra petere poſſit nec ſuccedere in bonis dotantis decedentis ab inteſtato — cap.° XVII°

¶ De modo procedendi cum aliquis dubitaret ne aliquis haberet ius in bonis ſuis — cap.° XVIII°

¶ De privata ſcriptura et filius notarij ſi eſſet notarius poſſit patris rogita publicare — cap.° XIX°

¶ De vijs dandis per terram aliquorum per potem ianue — cap.° XX°

¶ De ferijs eſtatis et vindemiarum et alijs diebus feriatis — cap.° XXI°

ubi [illegible] viduis et pupillis debet reddi summarie ius [illegible]

¶ Quod notarij teneantur ſcribere extenſe ſcripturas de quibus fuerint rogati ipſorum ſalario — cap.° XXII°

¶ De modo ſervando quando quis petierit ſe mitti in tenutam et poſſeſſionem rei, quam aſſeruerit ad ſe ſpectare — cap.° XXIII°

¶ Quod quicumque ſubſtinuerit aliquod dannum occaſione repreſaliarum conſervetur indemnis — cap.° XXIIII°

¶ De certa parte dotis remanen(te) penes maritum uxore moriente ſine liberis — cap.° XXV°

¶ De examinatione teſtium — cap.° XXVI°

¶ De etate filiorum probanda — cap.° XXVII°

¶ Quod nulla mulier patre carens audeat ſe maritare ſine licentia duorum conſanguineorum — cap.° XXVIII°

¶ Quod nullus poſſit petere a(liquod) commune debitum — cap.° XXIX°

¶ Quod nullus qui alicui ſervierit poſſit petere aliquod occaſione talis ſervitij niſi quod ex pacto fecerit — cap.° XXX

¶ Quod venditio facta de re inmobili cuius rei possessio non fuerit accepta infra biendium sit nulla ———— cap° XXXI°

¶ Quod mulieres non possint facere aliquem donationem venditionem seu obligationem ———— cap° XXXII°

¶ Quod minores quatuordecim annorum non admittantur ad testimonium in civilibus causis ———— cap° XXXIII

¶ De electione quatuor bonorum virorum ad deciden-dum questiones civiles ———— cap° XXXIIII°

TABULA III LIBRI DE MALEFICIIS

¶ De libertate concessa potestati super investigatione maleficiorum ———— cap° I°

¶ Que persone admittantur ad accusandum in maleficiis ———— cap° II°

¶ De modo procedendi super maleficiis ———— cap° III°

¶ De pena insultantis contra aliquem et de pena prestantium auxilium consilium vel favorem ———— cap° IIII

¶ De percussionum pena facta cum armis et sine ———— cap°

¶ De pena committentis homicidium ———— cap°

¶ De raptu mulierum et adulterio, incestu stupro et fornica-tione ————

¶ De pena furti ————

¶ De proditoribus et pena proditione committentium ————

¶ De verbis iniuriosis et remproperantibus ————

¶ Quod nullus turbet aliquem in aliqua tenuta ————

¶ De pena offendentium potestatem priores [illegible] camerarium et alios officiales communis ————

¶ De pena offendentium [illegible]

¶ De pena forensium offen[illegible] [illegible]

¶ De pena [illegible] ————

4 v

Quod nulla [illegible] — cap. XVI.
De [illegible] ad [illegible] — cap. XVII.
De pena maledicentium [illegible] deum [illegible] — cap. XVIII.
De pena feneratorum vel fenerantium — cap. XIX.
De pena ludentium ad taxillos et alios ludos vetitos — cap. XX.
Quod potestas possit ponere malefactores ad [illegible] contra quos probatum fuerit delictum per unum testem [illegible] — cap. XXI.
De pena ex[illegible] terminos et mittentes propia temeritate — cap. XXII.
Quod nullus contendat de partibus — cap. XXIII.
De pena portantium arma — cap. XXIIII.
De pena [illegible] lapides ad domum alterius — cap. XXV.
De pena non probantis accusam — cap. XXVI.
De pena intrantis vel exeuntis civitatem [illegible] portam — cap. XXVII.
De pena facientium congregationem seu adunantiam — cap. XXVIII.
De [illegible] inimicis ad treguam — cap. XXIX.
De pena exeuntis de carceribus sine licentia domini potestatis et cancellarii ubi de pena exeuntis de Palacio — cap. XXX.
[illegible] condictum [illegible] a quinque annis retro debeat [illegible] exe[illegible] — cap. XXXI.
De pena [illegible] pedagium [illegible] — cap. XXXII.
De pena [illegible] banditos — cap. XXXIII.
De [illegible] quando gens transiret per terito[illegible] [illegible] — cap. XXXIIII.
De [illegible] — cap. XXXV.
De pena [illegible] — cap. XXXVI.
De pena committentium incendium — cap. XXXVII.

De condemnationibus dupliciter scribendis — cap.° XXXVIII°
Quod quilibet tempore rumoris [illegible] campana cõis ad martellum debeat armatus [illegible] et prioribus presentare cap.° XXXIX°
Quod mulieres recipiantur in testimonium a duodecim annis supra [illegible] masculi — cap.° XXXX°
De periurii pena — cap.° XXXXI°
De nõ edificando aliquod fortillitium sive oppidum in teritorio castri iani — cap.° XXXXII°
Quod pene homicidii, furti, incendii, adulterii, et rapi, ne applicentur communitati spoleti — cap.° XXXXIII°

TABULA IIII EXORDINARIOR

De lampadibus accendendis in palatio cõis iani — cap.° I°
De pena euntis de nocte post tertium sonum campane — cap.° II°
De modo et ordine renovandi caput decinas et de pena custodum omittentium facere custodiam — [illegible]
Quod septuagenarii n[illegible] teneantur ad obsequia personalia — [illegible]
De mensuris adiustandis et [illegible] — cap.° [illegible]
De macellariis et eorum obligatione et de modo vendendi carnes ad minutum — [illegible]
Quod nullus removeat [illegible] — [illegible]
De [illegible] — VI[illegible]
De [illegible] cõis per [illegible] tenere debeant — [illegible]
Quod cuilibet liceat accusare [illegible] in bonis cõis — X
De non recipiendis in [illegible] per cõe [illegible]
Quod nulla persona [illegible] in [illegible] [illegible]

Quod [illegible] ... cap. XIII
De pena occupantium [illegible] ... XIIII
Quod nulla persona [illegible] pannos [illegible] cois ... cap. XV
Quod laboratores non possint [illegible] licentia domini posses
sionis terram [illegible] ... cap. XVI
Quod quilibet habens domum [illegible] teneatur ante
dictam domum [illegible] mundare ... cap. XVII.°
Quod quilibet habens parietem vel murum coe cum aliquo fra
ctum teneat potest constringere ad reficiendum ... cap. XVIII.°
De fontibus communis aptandis et manutenendis per
ipsum commune et adiacentes ... cap.° XIX.°
De viis aptandis et terminandis ... cap.° XX.
Quod potestas non possit custodibus aliud percipere quam
custod[illegible] in [illegible] necessario ... cap.° XXI
De [illegible] ... XXII.°
Quod nullus impediat cursus aquarum ... cap. XXIII
Quod cuilibet [illegible] pro edificiis
per possessiones alienas ... XXIIII
De non faciendis archis vel [illegible] cois ... cap. XXV.°
De scalis [illegible] ante domum [illegible] ... cap.° XXVI
De [illegible] ... XXVII.°
Quod nullus de [illegible] possit comedere cum aliquo [illegible]
[illegible] expensis cois ... XXVIII
Quod officium potestatis duret sex mensibus ... XXIX.°
Quod nullus faciat [illegible] ... cap. XXX.°

+ ¶ Quod quilibet de iano debeat habere unu ſtarium orti —— cap° XXXI°
+ ¶ De non laborando prope fontes communis —— cap° XXXII°
+ ¶ Quod nullus faciat turpitudinem ante domu alterius —— cap° XXXIII°
¶ Quod ſcripture poſſint copiari per potem uel alium officiale —— cap° XXXIIII°
¶ Quod quilibz manibus propijs mittat bannum in cippo communis presente uno teste —— cap° XXXV°
¶ De pena extrahentium auem de alieno ingenio —— cap° XXXVI°
¶ De pena superflue corructantium —— cap° XXXVII°
+ ¶ De eo qui uellet facere ciſternam —— cap° XXXVIII°
¶ Quod ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam et contra coe ſpoleti caſſentur et pro caſſis habeantur —— cap° XXXIX°
¶ De ſcripturis extenſis ſcribendis per poteſtatem —— cap° XXXX°
¶ Quod poteſtas non poſſit refirmari in offitio in caſtro iam et de pena illius qui arengauerit ſuper eo —— cap° XXXXI°
¶ De non facientibus cuſtodiam et alias factiones reales et perſonales —— cap° XXXXII°
¶ Quod pecunie condemnationum uenire debeant ad manus camerarii dicti communis —— cap° XXXXIII°
¶ De pena [illegible] poteſtati cancellario sine ba[illegible] communis —— cap° XXXXIIII°

TABULA · V · LIBRI · DANOR · DATOR ·

+ ¶ De pena facientis ſemitam ſeu traiectam per terram uel poſſeſſionem alterius —— cap° I°
+ ¶ De ſepibus et arboribus remouendis —— cap° II°
¶ De pena dannum dantium perſonaliter —— [illegible]

6 v

De pena dannum dantium cum bestijs — cap. IIII.

De accusationibus in dannis datis — cap. V.

De modo procedendi in dannis datis p(er) inqsitionem — cap. VI.

Quod unicuiq(ue) liceat extrahere accusam vel inquisitionem in octo dier(um) a die facte inquisitionis — cap. VII.

De his qui sunt habiles ad accusandum et inquisitionem faciendum in dannis datis — cap. VIII.

De pena incidentium arbores domesticas seu vites — cap. IX.

De bestijs repertis sine custode per dominos in possessione sua ubi fuerit dannum illatum — cap. X.

Quod teneatur pater pro filio, matre pro filio, frater pro fratre, dominus pro famulo et bestijs — cap. XI.

Quod cuilib(et) de castro iani liceat reducere bestias forensium in danno repertas — cap. XII.

De pena percutientis bestiam alienam — cap. XIII.

De pena capientium columbas alienas et pisces in piscarijs alienis — cap. XIIII.

De fide prestanda potestati sive eius offitiali et baynulo in dannis datis — cap. XV.

De modo procedendi de similibus ad similia in dannis datis — cap. XVI.

De fide adhibenda uni testi in dannis datis in quacumq(ue) etate constituto — cap. XVII.

Finis

Diuina prouidentia PP III totiusq[ue] ſacri collegij ac ipſius fratrum carnalium et in poſterum ſubceſſorum Ac etiam ad ſtatum et reuerentiam inclite Reipublice ſpoletane eiusq[ue] inuictiſſimi populi ac etiam rectorum et officialium ipſius preſentium et futurorum :/

Elemosine solite farsi della Città d[i] [illegible] ogni anno

Per la lampada del S[antissi]mo Sacramento un callarello d'olio de lo obbligo [illegible] medesimo.
Et il giorno del Corpo di Cristo Iulij dudici et mezzo
Alla Compagnia della Morte dudici Iulij et mezzo.
Nella festa di San Felice libre dudici di cera bianca
Nella festa di Santo Agnelo lib. sei
Nella festa di San Franc[esc]o lib. sei [illegible] cera buona la paga [illegible]
Alli frati di San Franc[esc]o Iulij dudici l'anno

De ueneratione ſanctorum cap° primo

Statuentes ac preſenti lege firmantes ut omnipotens et miſericors deus eiusq[ue] beatiſſima mater Maria ſemper uirgo ceteriq[ue] infraſcripti ſancti et ſancte [illegible] [illegible]

predictis universos et singulos homines et personas ipsius castri conti
nua protectione defendant qui infrascripti dies ab exercitio cu
stu et laborerio omni manuali custodiant, volunt enim in pri
mis custodiri ab omnibus et singulis hominibus et personis inco
lis et habitatoribus dicti castri iam et eius districtus, Omnes san
cti dominicales totius anni, Dies sancti Johannis Baptiste de
mense iunij Omnes dies festivitatum Beate et Gloriose virginis
matris marie totius anni, Dies sancti apostoli et evangeliste de
mense decembris, Dies sancti Michaelis archangeli de men
se May, et dies sancti Antonij de mense January Dies fe
stivitatum Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli et aliorum
omnium apostolorum, et evangelistarum, Dies sancti mi
chaelis Archangeli de mense septembris, Festum sancte lucie
Festum sive Festa sanctarum Chatarine, et Margarite vir
ginum Festum sancti blaxij, Festum venerabile nativi
tatis Domini nostri Jesu xpi, cum tribus diebus inmediate
sequentibus Festum innocentorum, Festum sancti Silvestri
pp Dies Kalendarum January, quo celebratur circumcisio
Domini Festum paschatis ephifanie, Festum sancte marie
Magdalene, Festum paschatis resurrectionis Domini nostri iesu
xpi, cum duobus diebus inmediate sequentibus. Festum pascha
te Rosate cum duobus diebus inmediate sequentibus, Festum
ascensionis Domini nostri iesu xpi, Festum sancte crucis
de mense Maij, officium corporis xpi, Festum sancti Mar
tini, Festum sancti laurentij, Festum sancti Sebastiani,
Festum sancti macharij et Sancti Bordoni de mense
January Festum sancti Berardini, Omnes dies vene

...is de mense

ris de mense Martij, quos dies festiuos ut supra ab omnibus homini
bus et personis castri sancti Geminiani eius districtus, voluerunt et mandaue
runt custodiri et celebrari, et quod dicti homines et persone castri
predicti se abstineant in dictis diebus ab omni exercitio et labora
rio manuali campestrali et agriculture, ut premictitur, et qui contra
fecerit in predictis vel aliquo predictorum in solidis quinque denario
rum [illegible] qualibet puniatur. Liceat tamen cuilibet sine pena et banno in dictis
diebus et quolibet ipsorum diebus dominicalibus et Beatissime Virginis
Marie, Natiuitatis Domini, pascharum resurrectionis, et paschatis rosate,
et ascensionis Domini, et Die corporis Xpisti dumtaxat exceptis
ligna cum bobus trahere pro edificijs, et trasinare et temporibus
messium, et vindemiarum bladum et Mustum deferre et deferri
facere, herbam, ligna, et paleas, apportare et bladum ad molendinum
deferre, reportareque ex inde Domum farinam. ~~Addentes insuper~~
~~huic capitulo quod singuli dies sabbati totius anni celebrentur ut supra~~
~~dictum est, de alijs diebus festiuis ab omnibus custodiri, post no~~
~~nam vesperam dum Campana pulsatur, et post sonum campane pro~~
~~sancti Angeli de dicto Castro sancti Geminiani, et quicumque repertus fuerit in~~
~~dicto castro vel eius territorio et districtu contrafacere seu laborare~~
~~puniatur in dicta pena quinque solidorum.~~ Excepto quod in die
festiuitatis sancti Johannis de mense Junij [illegible] ad [illegible]
[illegible] liceat cuicumque metere, ballare, ventulare, portare gra
num seu frumentum de campo ad aream et de area ad castrum
sancti Geminiani, componere pascarium et omnia alia que pertinent ad recol
lectionem bladi seu grani, et Potestas vel eius officialis sine [illegible]
rius, qui invenerit delinquentes in predictis habeat quartam
partem pene predicte, et si negligens extiterit in puniendo

Dies sabbati [illegible]
dictum cap[itulum] ultimo [illegible] libri ad carte 24
Marie [illegible]

predicta soluat nomine pene uiginti solidos:

De cereis offerendis in ctis ecclesijs castri iam cap.° II.°

Item statuerunt et ordinauerunt predicti statutarij ut omnipotens Deus et eius sanctiss.ma mater, et omnes infrascripti sancti, ceteriq; quibus infrascripte elemosine offerunt ipsos statutarios et omnes alios homines et personas castri Jam predicti, ab omnibus malis tribulationibus, ac rebus aduersis custodiant atq; defendant, quod

De electione Domini potestatis et eius officio capitulo III.°

Quia concedere leges et statuentibus parum prodesset nisi esset, qui eas obseruaret, seu obseruari faceret, et executioni mandaret, Idcirco prouida deliberatione, ac presenti constitutione firmantes prefati statutarij statuerunt, et ordinauerunt, quod deinceps in Castro Jam, sit et esse debeat unus rector, cui titulus potestarie atributus, qui ut iuxta communia dictant, et forma statutorum dicti castri postu-

las, in civilibus et criminalibus causis ac extraordinarijs, et in alijs dictum potestarie officium concernentibus ad ipsumq; spectantibus, et pertinentibus secundum formam dictorum statutorum liberam et plenissimam jurisdictionem et baliam habeat exercendi in Castro predicto eiusq; teritorio et districtu, Cuius quidem potestatis electio fiat, et fieri debeat de sex mensibus in sex menses per dominos priores et speciale, et Generale consilium dicti castri, coadunatum ad sonum campane more solito, que electio mictatur, et mictj debeat ad partitum in dicta concilij coadunatione, et obtineri per duas partes consiliariorum ad minus, alias ipa electio facta non teneat, Obtenta itaq; dicta electione, ut supra, scribi debeat per potestatem communis jam predicti iuxta formam hic inferius annotatam et predcō potestati sic electo cum infrascriptis capitulis mitti, et destinari debeat, a parte Dominorum priorum dicti communis, per nuntium ad hunc actum per ipos Dominos priores personalr deputari. Formam vero dicte electionis talem esse volunt vz. quod potestas predictus, qui sic fuerit electus, debeat et teneatur se personalr conferre ad officium predictum eo die qui fuerit in eius electione inscriptus et in dicto Castro jam stare et pernoctare continue, et ab inde nō se cedere absq; licentia prefatorum Dominorum priorum, debeatq; dictus potestas sic electus, singulis diebus et horis congruis et juridicis de mane et sero sedere ad banchum juris causarum civilium, et criminalium, situm in palatio dicti communis, inter sua latera, ad ius et iustitiam reddendum et ministrandum unicuiq; postulanti. Item teneatur et debeat servare privilegia, absemptiones, immunitates quasq; dicti communis

Sius [illegible] consula-tores eligendos [illegible] modo [illegible] consilio g[illegible] [illegible]
1

perpetuo defensare et manutenere ad posse, viduis, orfanis, et pu=
pillis, et etiam personis ecclesiasticis, ecclesie ministrantibus, hos=
pitalibus et fraternitatibus, et aliis miserabilibus personis, ius sum=
marium expeditum, et favorabile ministret, sine strepitu et figura
iudicii, omni iuris, et statutorum predictorum sollemnitatibus
omissa, Nec non et forensibus, dummodo in locis unde sint, statu=
tum vigeat et observetur, Item teneatur et debeat officium priora=
tus et ipsos Dominos priores qui pro tempore fuerint, in honore
habere et defendere, Item universitatem predictam manutenere, re=
gere et gubernare, sub obedientia, fidelitate, et devotione sacrosancte
Romane ecclesie, et sanctissimi Domini nostri Pauli Pape iii
et suorum in posterum subcessorum. subcessorum, ac Magnifice
comunitatis Spoleti, et eius populi, Item quod dictus potestas ha=
beat et habere debeat, pro usu dicte potestarie, et eius offitii car=
tam, incostam, et ceream rubeam ad sufficientiam, sumptibus
et expensis dicti communis. Deinde Dominus potestas in introitu
sui offitii, teneatur facere unum librum, in quo imprimis scri=
batur. Hic est liber etc. deinde scribantur bannimenta genera=
lia ad dictum offitium pertinentia, prout ad presens viget consuetu=
do, et quod in principio dicti sui offitii, in dictis bannimentis gene=
ralibus exprimatur, inter alia et alta et intelligibili voce pre=
conizetur per loca publica et consueta dicti castri, quod quicumque
de dicto castro seu vel eius districtu, sive habitator eiusdem, vo=
luerit dicto semestri licentiam alicui concedere de bonis suis
sive ad ipsum quocumque titulo, et coptumi, et laboritii pertinentibus
et spectantibus, debeat coram eo comparere infra octo dierum
proxime futurorum a die facte dicti bannimenti currere incipi=

simile

quia circuligata ... in usu madamente dii statutarii ca...

endorum, et ut sequitur fiendorum et faciat per ipsum potestatem scri
bere dictam licentiam in bastardello ipsius potestatis, ubi scribuntur
omnes inquisitiones, et accusationes, per homines dicti Castri fiendas,
in dicto comuni relassando publicato manu dicti potestatis et quicumque
uenient elapso dicto termino, non audiantur saluo et reseruato quod
in primo et secundo gradu, tantum inter coniunctos uolunt intelli
gi dictam licentiam fuisse concessam omni tempore duraturam do
nec uixerint dicti coniuncti in primo, et secundo gradu tantum,
ut dictum est, non obstante dicto bannimento, Dummodo procedat
hoc de uoluntate ipsorum, alias dicte licentie inter coniunctos non
ualeant, nec locum habeant, quod apparebit quando quis dixerit uo
lo talem coniunctum meum habere licentiam de meo, coram pote
Addentes quod tales licentie, ut supra infra dictum terminum con
cesse, et scripte non habeant locum in dannis datis de nocte personaliter
illatis in possessionibus illorum, qui dederint dictas licentias, Volunt
et quod omnes licentie modo predicto descripte, habeant locum in
dannis datis, factis et repertis per inuentionem dicti potestatis siue
eius uicarii, si eum habuerit, et in dannis datis relatis per [illegible] dicti
Castri In alijs uero danni datis per inquisitionem, et accusationem,
factis. uolunt non habere locum in inquisitionibus per quoscumque
fiendis, uolunt in exceptuationibus ipsarum apponi, et scribi debere
omnes illos, penam non soluturos ad uoluntatem ipsius, qui fecerit in
quisitionem, dicendo exceptis talibus, nominandum [illegible]
debitur, et placebit, et excepto uno de domo intelligantur omnes ex
cepti in eadem domo habitantes, et commorantes et de omnibus
bestijs ipsorum, uoluerunt ut in dicto libro scribantur omnes [illegible],
in dicto semestri fienda, cum inscriptione dierum, mensium, et millesimi

[illegible] fuerint cassa [illegible]

in cum propositis per priores pro tempore existentes in eisdem factis
cum dictis et consultationibus in eisdem concilijs per consultores
redditis cum ipsarum consultationum pertitis ad bussulas et pallutis
sollemniter missis et quibus fabis obtentes et quibus in contrarium re=
pertis. Scribantur et in dicto libro omnes contractus pro dicto coi
celebrandi de quibus rogatus fuerit ipse potestas, et per dictum po=
testatem si opus fuerit, in publicam formam redigi sine aliqua
mercede, Ac etiam registrentur in dicto libro omnes patentes et
commissiones per superiores fiende dominis Prioribus potestati
sive alijs offitialibus dicti communis, Nec non registrentur omnes
electiones potestatis in dco semestri fiende cum omnibus et sin=
gulis capitulis in eisdem scriptis, et quod arbitrium dicti potesta=
tis de imponendo penam alicui pro qualibet vice sit et esse debeat
usque in quantitatem decem solidorum et non plus de facto exi=
gendorum pro tribus partibus applicandorum dicto comuni et
pro quarta parte potestati predicto. Statuentes et quod pre=
dictus potestas de omnibus et singulis dannis per inventione
ipsius per inquisitionem per accusationem et per ianeum factis et per
quecumque et undecumque et quocumque emergentibus et devenien=
tibus per ipsum exactis habeat et habere debeat quartam pa=
rtem quibuscumque in contrarium nõ obstantibus, et quod in oi=
bus dannis datis infra castrum iam personaliter vel cum besti=
js illatis possit dictus potestas contra omnes et singulos hoies
et personas procedere prout in alijs extra castrum predictis
comissis, Possit et procedere dictus potestas contra omnes et singu=
los homines et personas non custodientes dies festos et diem
sabbati post sonum campane secundum formam capituli le=

ili sabbati ...
... 37 ...
... agendi ...

quentis de ueneratione sanctorum. uz extra dictum castrum
per teritorium et districtum eiusdem, Possit et dictus potestas
procedere contra omnes et singulos homines et personas occupan
tes uias comunis et uicinales ubicumque extra castrum in teritorio
et districtu eiusdem secundum formam capituli de tali materia
loquentis. simili modo procedere possit contra omnes et singulas
personas facientes aliquid in fontibus extra dictum castrum in
teritorio et districtu eiusdem existentibus contra formam capitu
li loquentis de fontibus, et Nihilominus de predictis omnibus ut
supra dictum est quartam partem pene recipere teneatur et per to
tum dictum capitulum in omnibus et per omnia inuiolabiliter
ab omnibus uolunt obseruari, Salarium uero dicti potestatis pro
dictis sex mensibus esse uolunt uiginti quatuor florenos ad ratione
quatraginta bonenen pro singulo floreno et nihil aliud nomine sa
larij a comuni predicto pro dictis sex mensibus petere possit de
quo quidem salario in fine sui regiminis relinquere teneatur et de
beat pro uno archibusio quatuor florenos ad dictam rationem
in comuni predicto qui dominus potestas debeat ante introitum sui
officij soluere et cum effectu pagare suis expensis taxas sui officij
camere apostolice seu alicui alij nomine dicte camere et omnia
et singula statuta in presenti uolumine contenta ad suum offitium
pertinentia potestas predictus uinculo iuramenti teneatur et de
beat obseruare et inuiolabiliter obseruari facere finito autem
tempore sui regiminis stare debeat ad sindicatum in dicto ca
stro tribus diebus coram sindicatoribus eligendis per dictos dominos
priores et concilium speciale et generale et talis electio fiat et fie
ri debeat in palatio ultimo mense postquam sic offitium uacaturum

Margin notes: infra les... ; Salarium ; de sindicatu Potestatis

[illegible] electio ſic facta teneat et plena obtineat firmitatem roboris Addunt tantum quod nullo modo poſſit infra dictum tempus sui regiminis sindicari pena proponendi in aliquo concilio quinque librarum den. consulente vero in dimidia :/

De reſignatione librorum capitulo IIII°.

Item ſtatuerunt et ordinaverunt quod poteſtas qui pro tempore fuerit tribus diebus ante exitum sui officii teneatur reaſignare omnes et ſingulos libros et ſcripturas quos et quas ipse fecerit et ordinaverit in suo offitio et cartas ſignare ipsos libros et ſcripturas ſimul ligare et ligatos vel ligandos ſigillare ſigillo communis et poteſtatis predicti nec diſigillare donec pervenerint ad manus ſindicorum eligendorum per dictum commune ad ſindicandum dictum poteſtatem et omnes alios libros et ſcripturas dicti communis ad eius manus pervenientes prioribus dicti communis reaſignare ipse poteſtas teneatur, ſimili modo omnes et ſingulas res dicti communis penes ipſum exiſtentes et ſibi in principio sui offitii per inventarium aſſignatas ſindico communis predicti infra dictum tempus reaſſignare teneatur :/

De iuriſditione dominorum priorum cap°. V°.

Item ſtatuerunt et ordinaverunt quod domini priores qui pro tempore fuerint ne formam traſcendant in exercendo prefa-

tum eorum offitium in introitu eorum offitij teneantur et debeant ad delationem potestatis communis predicti qui pro tempore fuerit manibus corporaliter tactis scripturis sacramentum prestare de bene et legaliter, et bona fide exercendo offitium prioratus ad honorem statum exaltationem sacrosancte Romane ecclesie et sanctissimi in christo patris et domini nostri Domini Pauli divina providentia pape tertij suorumque in pontificatu subcessorum, ac ad statum et exaltationem Magnifice communitatis spoleti eiusque populi et ad bonum et pacificum statum ac pacem et perpetuam unionem communis et hominum castri iamis Item quod non permittant durante eorum officio quod pecuniae dicte communitatis convertantur neque expendantur nisi pro evidenti necessitate utilitate et bono communis predicti, volunt tantum per dictos Dominos priores liberam auctoritatem habere vigore praesentis statuti, de pecunijs dicti communis expendendi pro ipsius communis, evidenti utilitate et bono absque alicuius consiliarij vel alterius requisitione usque in quantitate quinque librarum denariorum, et camerarius qui pro tempore fuerit debeat usque in dictam quantitatem solvere ad instantiam ipsorum, et quod dicti Domini Priores habeant et habere debeant pro eorum salario ~~duos florenos~~ [octo carolenos] videlicet ~~unum florenum~~ [bonos duodecim] pro quolibet ~~ad rationem quatraginta bonenen pro singulo floreno~~ quos ~~duos florenos~~ [octo carolenos] camerarius predictus solvere teneatur et debeat mandato ipsorum priorum, et dicti domini priores non possint nec debeant venire ad palatium sine mantello de colore et sine caligis et sotularibus ad penam decem solido-

12v

rum pro quolibꝫ et qualibꝫ vice de eorum salario retinendorum

et si opus fuerit potestas teneatur contra prefatos sic facientes

facere executionem functo ipsorum offitio ad penam quin

queꝫ librarum den. de suo salario retinendaꝫ si in predictis ex

equendis negligens extiterit, Item dicti domini priores habito

primo inter eos colloquio teneantur et debeant facere omnes et

singulas propositas occurrentes in conciliis, que fient tempore ip

sorum offitii, preterquam prepositas prohibitas ex forma presentis statu

ti. Addentes et quod dicti domini Priores possint et valeant dictum

cuiuscumque consiliarii arrengantis in concilio mittere ad parti

tum prout de eorum processerit voluntate excepto dumtaxat si

dictum illius esset contra formam statuti alicuius inserti in vo

lumine dictorum statutorum. Item dicti domini priores teneantur et

debeant ea die qua iurabunt offitium ad se veniri facere

omnes clavarios portarum castri iam cum clavibus dictarum

portarum et sibi presentari facere et recipere ab eis et ipsas

receptas eisdem vel aliis prout et sicut de ipsorum dominorum

priorum voluntate processerit et mandato dare et assignare

Item dicti domini Priores habeant arbitrium et potestatem

eligendi unum sindicum factorem et nuntium spetialem vel

plures qui faciant et administrent facta dicti comunis preser

tim possessiones et terras tam cultas quam incultas ipsius comunis

et hoc totiens quotiens ipsis dominis Prioribus videbitur ne

cessarium et oportunum pro utilitate dicti comunis et predicta

omnia et singula in presenti capitulo contenta et alia ad eorum

offitium pertinentia et spectantia, que in aliquo capitulo pre

sentis voluminis reperiretur inserta teneantur et debeant

vinculo

uinculo iuramenti obseruare et quod ipsi Domini priores toto tempor
eorum offitij sint et esse debeant exemptos a custodia et alijs facti
onibus personalibus et quod durante eorum offitio non debeant nec
possint in curia cois Iani ab aliquo terrigena uel forense conueniri ex
cepto dumtaxat propter maleficia nec quoque qualicumque occasione
conuenire in dca curia et si secus factum fuerit non teneat nec sit
alicuius ualoris nisi pro dbitis cois dci c Iani

De electione iuramento et officio camera rij comunis capitulo VI

Item statuerunt et ordinauerunt quod quatuor super imbussulatione et
renouatione offitij prioratus ut supra in alio precedenti capitulo fit men
tio habeant et habere debeant auctoritatem liberum arbitrium et
facultatem uigore presentis capituli eligendi et imbussulandi pro eo
tempore quo domini priores imbussulantur videlicet per uiginti quatuor
menses ut patet super in alio capitulo bonos et idoneos uiros
ad offitium camerariatus in dicto castro deputandos qui sic electi
per dictos quatuor scribi debeant conseruari et exhi videlicet unus pro
qualibus uice secundum formam supradictam de electione et extra
ctione Domnorum priorum et similiter renouari cuius quidem ca
merarij sic extracti de dcto bussulo duret offitium per tres menses
et ipso finito fiat noua extractio quemadmodum de prioribus et
predictus camerarius qui fuerit sic extractus et assumptus ad offi
cium cameriatus teneatur et debeat ea die qua extractus fuerit
coram potestate et dominis prioribus se presentare et manu cor
poraliter tactis scripturis ad delationem potestatis dicti cois

qui pro tempore fuerit iurare ad sancta dei euangelia dictum offi
cium cameriatus bene facere et legaliter exercere sine fraude remotis
odio amore timore prece pretio et omni humana gratia. voluerunt
insuper et ordinauerunt quod dictus camerarius infra tertiam diem
post initium sui officij per potestatem dicti cois fiat liber cameria
tus sumptibus et expensis comunis predicti in quo quidem libro
per manus dicti potestatis scribi faciat ipse camerarius omnes et
singulas pecunias et quoscumque introitus dicti comunis quia de eius
manus peruenerint ac et omnes exitus quos ipse habuit, et ipsos
introitus et exitus et pecunias scribi facere teneatur et debeat
ea die qua ipsas pecunias receperit uel expendiderit ad penam
decem solidorum pro qualibet uice qua omiserit et negligens fuerit
in scribi faciendo Item quod dictus camerarius non possit nec ua
leat de pecunijs dicti comunis ad eius manibus peruenientibus
soluere ultra summam quinque librarum ut supra de arbitrio do
minorum Priorum continenter absque deliberatione predicta
facienda per dominos priores et concilium spetiale et generale
et si secus fecerit soluendo absque deliberatione predicta totum
id quod soluerit de suo propio dedisse et soluisse intelligatur
Item quod dictus camerarius non possit nec valeat se absenta
re a dicto castro et eius districtu sine licentia dominorum
priorum pro tempore existentium ad penam decem solidorum
pro qualibet uice statuentes et quod camerarius predictus teneatur
et debeat ad penam uiginti solidorum in fine cuiuslibet mensis
sui officij legi facere omnes introitus et exitus dicti comunis
ad eius manus peruentos et factos in concilio spetiali et gene
rali. voluerunt insuper quod ipse camerarius interesse debe

at omnibus et singulis concilijs spetialibus et generalibus fiendis in dicto communi ad penam predictam pro qualibet vice de facto auferendorum per potestatem si secus fecerit, et in principio eiusdem concilij, antequam in ipsis concilijs aliquid proponatur vel consuletur protestari quod in eisdem potestas et domini priores non debeant aliquid directe vel indirecte proponere ~~contra~~ quod sit contra formam statutorum dicti communis, et quod nullus consiliarius super tali proposita facta contra formam statutorum predictorum consulat vel arenghet ad penam contentam in statuto loquente in quibus casibus proponi et arenghari in concilio non liceat. Item quod finito tempore dicti camerarij, idem camerarius post depositionem sui officij, infra tres dies debeat dedisse et assignasse librum sui offitij et rationem eiusdem administrationis eiusdem ratiocinatoribus ordinandis per dominos priores qui pro tempore erunt et si negligens fuerit in reddendo rationem villicationis sui officij solvat nomine pene de facto solidos viginti et durante tempore dicti sui offitij sit et esse debeat tantummodo exemptus a custodia diurna et nocturna, hoc tamen addito quod dicta exemptio custodie intelligatur et sit pro tempore trium mensium quibus durat officium licet ultra dictum tempus reassignaret suam rationem ut supra, qui ratiocinatores eligendi ut supra habeant a communi pro eorum salario solidos quinque den. pro quolibet.

pena cam. si non reddenti rationem sue administrationis

De concilijs spetialibus et generalibus et de eorum offitio cap. VII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod in dicto castro iani pro

castri pns castri qa nanq fuit in usu cuius requir in fin pntis libri

14 r

bono regimine populi dicti castri sint et esse debeant duo consilia
spetialia et generalia pro ut ad presens sunt et quolibz sit numero
vigintiquinque bonorum hominum quorum unum incipiat Klendis
Junij et duret pro sex mensibus ut sequitur et aliud concilium
hominum incipiat Klendis   medietate sequentis
finitis dictis primis sex mensibus primi concilij et duret pro sex
mensibus ut sequitur et finitis dictis sex mensibus incipiat illud
primum concilium in Klendis   ut predictum est et sic se-
mper forma predicta seruetur que duo concilia spetialia et genera-
lia sint et esse debeant perpetua et durent quousqz superuixerit
consiliarij ad presens in eis descripti et si contigerit aliquos de dictis
consiliarijs mori quod supradicti quatuor imbussulatores et qui pro
tempore fuerint auctoritate presentis statuti una cum prioribz
tunc existentibus possint et valeant alios ponere et scribere lo-
co premortuorum pro ut eis visum fuerit equum et iustum et
quicquid per unum et spetiale et generale concilium dictorum
duorum conciliorum fuerit gestum, decretum, stantiatum et re-
formatum teneat et valeat ac si fuisset factum per predicta
dua concilia insimul cohadunata sive per concilium genera-
le, que concilia vz. novum et vetus pro rebus magne importa-
ntie quod tunc precipiatur, vocetur et cohadunetur in palatio
communis predicti residentie domini potestatis unus homo pro
quolibet foculari et istud appelletur consilium generale quod con-
cilium nisi in necessitate et causis maxime importantie ut
dictum est non cohadunetur, quod semper remaneat et
sit in pectore priorum pro tempore existentium et quic-
quid per predicta duo concilia spetialia et generalia sive

per unus ipsorum fuerit factum, stantiatum et reformatum teneatur ra
tum et firmum et teneat et ualeat ac si fuisset factum per dictum ge
nerale concilium. Item quod predicti conciliarij specialis concilij una
cum Dominis prioribus habeant arbitrium eligendi et nominandi
baiulos et precones quandocumque et quotienscumque fuerit opus et uide-
bitur oportunum et eisdem statuere et ordinare salarium prout eis
uisum fuerit et placebit, teneantur insuper dicti conciliarij illo die quo
primo uenerint ad concilium ad delationem potestatis comunis pre
dicti iurare ad sancta dei euangelia manibus tactis corporaliter
scripturis dictum eorum offitium bene et fideliter exercere et quod
potestas teneatur et debeat predictis conciliarijs pro prima uice qua
concilium cohadunabitur per baiulum denuntiare facere et signi 7.
ficari eorum offitium.

De consilio congregando cap°. VIII°.

Dominum Priores ad penam quinque solidorum pro quolibet ipsorum et uice
qualibet semper quando pulzatur campana dicti comunis ad conci
lium ad secundum sonum dicte campane uenire et se presentare
coram potestate debeant, ad penam decem solidorum alij uero co-
ciliarij omnes de concilio uenire debeant ad concilium pulzato
tertio sono dicte campane et in dicto concilio stare et qui non ue-
niret anteque fieret requisitionem consiliariorum soluat supradictam
penam pro quolibet et uice qualibet, et quicumque ex dictis conciliarijs ue-
niret ad dictum concilium ~~sine sotularibus~~ soluat penam predictam
illi uero qui haberent iustam causam non teneantur ad penam si

non venerint ad concilium et quod sit iusta eorum causa rema-
neat discretioni domini potestatis et dominorum priorum pro
tempore existentium et quod predictum concilium debeat con-
gregari et cohadunari mandato potestatis et priorum, si dictus
potestas fuerit presens, alias possit cohadunari mandato prioru
tantum et si aliter fieret nihil in dicto concilio fieri possit uel
deliberari et si deliberatum fuerit non teneatur ipso iure.

De offitio Baynulorum et eorum iuramento cap°: IX°

Item statuerunt et ordinauerunt quod bannitores seu baynuli cois
castri iam debeant eligi per duos priores et concilium speciale et
ipsis salarium ordinari per predictos iuxta formam supradicta
in statuto sub rubrica de concilijs etc. et quicumque fuerit electus
baynulus sit et esse intelligatur et debeat etiam esse banditor et
possit teneatur et debeat utrumque offitium exercere. Item quod ea
die qua fuerit electus debeat se coram dominis prioribus perso-
naliter presentare et de dicto offitio bene et legaliter exercen-
do manibus corporaliter tactis scripturis sacramentum prestare
in manibus potestatis comunis predicti et prioribus et potestati
in omnibus et per omnia que sibi officiales predicti preciperint
et mandauerint obedire, citationes facere et eas potestati refe-
rre infra secundum diem et bannimenta facere ad manda-
tum domini potestatis etiam ad mandatum cuiuscumque alte-
rius particularis persone petentis pro factis proprijs et habent
pro huiusmodi bannimento uice qualibet sex denarios tenutas

accipere et creditoribus assignare pignora, que acceperit custodire
et servare et ea ad mandatum domini potestatis consignare
et pro quolibet pignore quod acceperit qualicumque occasione po-
ssit accipere et habere sex denarios, et pro qualibet citatione et
pignoratione seu datione tenute et aliis secundum ordinem hic
inferius denodatum et traditum videlicet pro qualibet citatione quam di-
ctus baylulus fecerit ad petitionem cuiuscumque persone recipe-
re possit et valeat ab illa persona ad cuius instantiam citatione
fecerit si in castro iam pro qualibet citatione et quolibet citato sex
denarios tantum, si ad instantiam terrigene fuerit citatus, si
vero forensis accipiat denarios duodec. si vero baylulus citaret
aliquam personam ad petitionem alicuius in aliqua villa distri-
ctus iam accipiat pro qualibet citatione et quolibet citato duodecim
denarios si ad instantiam terrigene, si autem ad instantiam
forensis duplum accipiat quando vero baylulus predictus iret
ad dandum tenutam vel pignorandum aliquam personam in
castro iam vel ad eundum ad destrictum accipiat denarios sex
et totidem denarios pro sequestratione, et si extra castrum iv-
erit pro sequestratione vel tenuta accipiat denarios duodecim
Potestas vero pro qualibet tenuta quam acceperit et quolibet quem ca-
peret in castro iam accipiat et accipere debeat quinque solidos de-
nariorum si vero in districtum extra dictum castrum iret ad
capiendum aliquem vel ad dandum tenutam alicui accipiat
et accipere debeat et possit decem solidos denariorum et non
ultra Item quod supradictus baiulus teneatur et debeat ad
penam quinque solidorum de suo salario retinendorum qua-
libet die ad omnem requisitionem potestatis ire per terito-
rium ... sub pena contenta in presenti capitulo videlicet unius floreni, forensi vero mostres duplum

Salarium potestatis

Prefati statutarii limitantes presens capitulum ordinaverunt ut pro qualibet tenuta danda quindecim denarios pro quolibet floreno et pro executionibus fiendis bonorum unum pro quolibet floreno sive realium sive personalium ... et non ultra, sub pena contenta in presenti capitulo videlicet unius floreni, forensi vero ... duplum

rium dicti castri et eius districtus ad perquirendum danna personali
ues cum bestiis requirenda videlicet postquam de mane potestas discesserit de
banco et quod dictus potestas teneatur sedere ad banchum de mane
ante tertiam ad penam infrascriptam pro qualibet vice qua contra
fecerit et dictus bayulus teneatur de mane referre potestati
omnes citationes pro sero factas sequentes ad penam predictam
si contrafecerit. Ad hoc ut de sero hora causarum ciuilium dictus
bayulus possit ire cum dicto potestate ad perquirendum danna
predicta, et si in predictis dictus bayulus fuerit negligens
puniatur supradicta pena pro qualibet vice contrafactum fue
rit, statuentes et pro conseruatione possessionum et fructuum
hominum dicti castri quod si potestas in predictis omnibus obseruan
dis fuerit negligens videlicet retinens dictum bayulum dicto tempo
re pro rebus minimis et parum importantibus puniatur pro quolibet
die pena quatragintia solidorum de suo salario retinendorum,
addentes quod in omnibus et per omnia relationi dictorum bay
ulorum plena fides adhibeatur absque aliquo alio iuramento per
quemcumque petito si in principio sui offitii iurauerit suum off
icium de bene et fideliter exercendo secundum formam
superius traditam.

De offitio electione et iuramento clauiriorum
portarum castri iam capitulo X.

Item statuerunt et ordinauerunt quod domini priores qui pro tem
pore fuerint teneantur et debeant singulis duobus mensibus
postquam fuerint extracti videlicet ea die qua iurabunt offitium ad

se nemini facere clauarios portarum castri iani ad se portari fa-
cere et presentari claues portarum predictarum et illis alijs ad
iacentibus dictarum portarum pro ut eis uidebitur recepto ab
eis fidelitatis debite et infrascriptorum obseruantie iuramento d
ummodo dicti clauarij siue portannarij sic electi habeant et po-
ssideant in bonis usque in quantitatem ducentarum librarum den
et quod dicti portannarij teneantur et debeant de sero hora de
bita ad uoluntatem priorum qui pro tempore fuerint claudere
dictas portas et de nocte quacumque de causa nemini ap
erire sine uoluntate dictorum priorum ad penam centum so-
lidorum pro quolibet et qualibet uice qua contrafecerint et quod nul
lus dictorum clauariorum siue portanariorum possit clausis po
rtis aperire alicui bannito de castro iani ad penam centum li-
brarum denariorum ultra penam supra statutam addentes quod
quicumque intrauerint dictum castrum iani alibi et alio modo
quam per portam apertam siue eius sportellinum apertum pro qua-
libet uice qua fuerit contrafactum puniatur pena uigintiquinque
librarum denariorum de facto auferendarum.

De electione et offitio uiariorum et eorum sa lario capitulo XI.

Item statuerunt et ordinauerunt quod potestas teneatur et debe-
at facere eligi infra octo dies post initium sui officij per co-
siliarios spetialis concilij in castro iani duos bonos homines qui
sic electi, sint uiarij qui teneantur et debeant coram dicto

Domino potestati iurare et iurent ad sancta dei euangelia co-
rporaliter tactis scripturis eorum offitium secundum forma
presentis capituli bene legaliter et bona fide facere et exerce-
re, hoc modo vz. quod ipsi uiarij et quilibet eorum semper cum
fuerint requisiti per aliquem de adiacentibus alicui vie vel
strade communis iam seu uicinali ad penam decem solidoru
pro quolibet eorum et qualibet uice actari facere omnes et singulas
stradas et vias totius teritorij iam per adiacentes ipsius strade
vel uie, expensis ipsorum adiacentium quibus dicta talis uia
esset utilis, qui adiacentes et quilibet eorum teneantur et debe-
ant uiarijs obedire in omnibus que eis preceperint ad penam
quinque solidorum pro quolibet et qualibet uice eis de facto per potest-
atem dicti castri auferendorum qui uiarij teneantur et
debeant ad dictam penam decem solidorum pro uice qua-
libet qua fuerint negligentes eis de facto pro qualibet auferendo-
rum ad requisitionem cuiuscumque persone dicti castri et eius
districtus ire terminare in terris et vijs de quibus inter ali-
quos de Jano aliqua discordia oriretur occasione alicuius semi-
nate et ipsas partes ad concordiam reducere et ad ipsas sen-
mates et terminationes uocare uicinos et testes quos uoluerit-
nt pro ut eis uidebitur pro recipienda ueritate quibus uiarijs
testes et conuicinos quos ipsi uocauerunt seu uocari fecerint
ad predicta ad penam quinque solidorum pro quolibet eis per po-
testatem auferendorum de facto qui uiarij in predictis om-
nibus et singulis exequendis habeant plenum et liberum
arbitrium et iurisditionem auctoritate presentis statuti

predictaſ terminationeſ facere et poteſtaſ dicti caſtri uinculo iuramenti facere teneatur obſeruari totum et quicquid per ipſoſ uiarioſ fuerit factum. teneatur et ipſe poteſtas infra dictum terminum per dictum concilium eligi facere duoſ bonoſ homineſ qui sub dicta pena teneantur ire ad extimandum damna data in boniſ et poſſeſſionibuſ hominum dicti caſtri semper cum fuerint requiſiti quaſ quidem extimationeſ ipſi extimatoreſ poſſint facere in quibuſcumque diebus et habeat quilibet eorum pro eorum ſalario pro qualibet extimatione bonenenum unum .vi. Inter amboſ extimatoreſ duoſ boneneno ſoluendoſ per illoſ qui fieri faciunt dictam extimationem et poſtea reficiendoſ per illos qui dannum intulerint: reformatum fuit pro salario baiocchinum [illegible] pro qualibet extimatione in qua debeat apponere dies anni [illegible] alias habeat nulla.

extimatores

De electione ſindicorum ad defendendum cauſas communis cap.° XII.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod poteſtaſ caſtri iani uinculo iuramenti teneatur et debeat semper quando opuſ eſſet eligi facere in concilio spetiali duoſ bonoſ homineſ ſufficienteſ in sindicos et pro sindicis dicti communis qui defendant et defendere debeant omneſ et singulas cauſas et liteſ motaſ et que in poſterum mouerentur in comuni predicto et sententiaſ et condemnationeſ a quibuſ eſſet uel fuerit in poſterum apellatum et omneſ et singuloſ proceſſuſ et liteſ motas et mouendaſ in comuni predicto in

curia generali et qualibet alie curie quotiens opus fuerit personaliter
interesse et contra quascumque personas dictum commune iam defen-
dere iuxta posse et dictum eorum offitium bene et legaliter et
bona fide exercere teneantur et debeant pro eo tempore quo
fuerint syndici et cum eo salario quibus dicto concilio uidebi-
tur conuenire qui syndici teneantur et debeant promictere
et iurare dictum eorum offitium bona fide facere et exercere
omni fraude remota et si fraudem uel negligentiam comise-
rint penam incurrant eis de facto auferendam ad libitum
et arbitrium dominorum potestatis et priorum et concilii ge-
neralis uel spetialis.

De electione quatuor hominum ad reuidendum possessiones et bona comunis cap.º XIII.º

Item statuerunt et ordinauerunt quod potestas communis iam
teneatur et debeat eligi facere per concilium spetiale et generale
infra unum mensem post introitum sui officii terminare possessiones
et omnia alia bona communis et quod nulla persona laboret nec
super apprehendat de ipsis bonis et sodis et si quis super appre-
henderit uel super adprehensum tenuerit totum id quod sup
adprehenderit dimictere et relassare teneatur ad penam uigi-
nti solidorum denariorum sibi de facto auferendorum, et ni-
hilominus ad restitutionem fructuum teneatur quocumque et
qualitercumque exinde perceperit extimandorum per extima-
tores comunis, et predicta et quidlibet predictorum potestas dicti

13. 19r

castri iam qui pro tempore fuerit infra duos menses executioni mandare teneatur ad penam decem librarum .

De electione hospitatorum hospitalis communis iani cap°. XIIII

Item statuerunt et ordinaverunt quod domini priores et concilium speciale vel generale quandocumque eis videbitur necessarium et opportunum teneantur et debeant eligere duos bonos homines factores hospitalis communis iani qui habeant manutenere conservare et augmentare res et bona dicti hospitalis, qui sic electi habeant potestatem et libertatem ordinandi disponendi et ministrandi bona oblationes, introitus, et proventus omnes dicti hospitalis et in utilitatem ipsius hospitalis eo modo et forma, quibus eisdem videbitur et placebit, qui tales sic electi debeant prestare iuramentum de bene et fideliter exercere eorum officium remotis ab eis &c.

De pena illorum qui non acceptaverint officium ad quod fuerint assumpti cap°. XV.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque fuerit assumptus electus et deputatus per dominos priores et concilium speciale vel generale sive per electionarios eligendi potestatem habentes ad aliquod officium communis predicti et dictum offitium recusaverint solvant nomine pene quatraginta solidos denariorum de facto exigendorum per potestatem et applicandorum camerario communis et nihilominus aliquod offitium in dicto

comuni in futurum habere no possint.

Require cap. 5 Lib. quarti

De libro ordinando de creditoribus cois et ipsorum satisfatione cap.o XVI.

Animaduertentes diligenter ut negotia communis recte ualeant custodiri et ne quis ipsum commune ualeat in aliquo defraudar hac presenti lege firmarunt, statuerunt, et ordinauerunt quod in comuni predicto fiat et fieri debeat expensis comunis per dominos priores unus liber, qui sit et esse debeat centum cartarum de carta bambacina et uocetur liber seruitiorum cois in quo quidem scribi debeant omnes et singuli homines et persone debentes aliquid recipere in comuni predicto exprimendo diem causam et quantitatem quam recipere quisq; teneatur hoc modo et ordine vz. quod in principio cuiusls prioratus scribi debeat et intitulari in principio dicti libri in hunc modum vz. infrascripti sunt debentes recipere a comune iani infrascriptas quantitates, causis et rationibus infra positis et annotatis et hoc tempore talium priorum nominando illos qui p tempore erunt cum inscriptione millesimi et diei, introitus dominorum priorum et infra hunc predictum titulum scribantur omnes debentes recipere a predicto comuni modo et ordine supradicto et talis modus seruetur et seruari debeat in posterum per priores qui pro tempore erunt donec in dicto libro scribi poterit, et deinde remoueatur et fiat et fieri debeat alter modo predicto, addentes huic capitulo quod iste liber sic ordinatus reponatur et reponi debeat, et conseruari in armario comunis existente in palatio comunis iani et in

de extrai non possit nisi aliquid predicta occasione scribendu esset seu tempore exactionis alicuius datiue quo tempor dictus liber stet et remaneat apud ~~armari~~ comunis Item quando fieret aliqua excompusatio alicui debenti recipere aliquam quantitatem denar, uel quando fieret solutio aliqua ipsa excomputatio siue solutio scribi debeat in margine dicti libri iuxta ipsum creditorem et talis creditor cum fuerit integre solutum et satisfactum cancelletur de dicto libro adeo quod debitum predictum iterum reperiri non possit, insuper uoluerunt quod domini priores scribi facere teneantur et debeant omnes et singulos homines et personas debentes recipere a comuni predicto illas quantitates quas debent recipere ante exitum offitij ipsorum et si fuerint negligentes in scribi faciendo tempore eorum offitij post finitum officium scribere facere non possint pena scribentis quinq; solidorum de facto auferendorum et nihilominus prefati creditores non scripti in dicto libro dicto tempore nullum regressum habeant contra comune sed tales priores teneantur ad dictam solutionem./

De modo et ordine imponendi datiuas cap.° XVII.°

Item statuerunt et ordinauerunt quod domini priores teneantur et debeant in principio eorum offitij rimari facere et diligenter inquirere omnia et singula debita que sunt scripta et annotata in libro seruitiorum comunis et qui reperirent scripti in dicto libro debere aliquid in comuni predicto re-

cipere, habeantur et reputentur pro veris et legitimis creditori
bus dicti comunis et non alii et tunc dictis debitis sic repertis pre
fati domini priores teneantur et debeant congregari et cohadu
nari facere consilium spetiale vel generale secundum modu
et ordinem suprascriptum de consilio congregando et in dicto
concilio legi facere per dominum potestatem dicti comunis oēs
et singulos creditores predictos sic in dicto libro repertos cum
summis et quantitatibus ibidem scriptis et annotatis, et sic
lectis ipsi domini priores preponant et preponere teneantur et
debeant, quod concilio predicto videbitur et placet providere
et ordinare de modo habendi pecuniam in comuni predicto pro
satisfaciendis debitis sic lectis et nominatis in dicto concilio. Item
voluerunt quod si tempore quo dicta debita essent satisfacienda
non esset pecunia in comuni predicto imponi debeat datina per
libram in quantitate sufficienti pro satisfatione condigna dci
debiti secundum consuetudinem hactenus observat.

De modo et ordine exigendi datinas cap.^o^ XVIII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod omnes et singuli hoīes
et persone tam terrigene quam forenses cuiuscumque conditionis
existant reperti accatastati in catasto comunis Jani solva
nt et solvere teneantur et debeant omnes et singulas datiu
as et prestantias tam impositas quam imponendas per dictu
comune quomodocumque et qualitercumque imponerentur infra
terminum statuendum per priores dummodo non excedant
vel preterant spatium duorum mensium, ab inde vero in

antea quilibet qui soluere neglexerit datiuam tangentem sibi per libram sui catasti sibi impositam, dicto statuendo ter(mino) elapso soluat et soluere teneatur et debeat ipsam datiuam sibi impositam cum quarto pluris et potestas qui executione fecerit ad dictam datiuam solui duodecim denarios pro qualibet libra summe dicte datiue sic exacte, pro sua executione recipere teneatur et non plus et potestas possit et ualeat contra predictos soluere recusantes executionem facere in persona et bonis pro ut et sicut quomodo et qualiter eidem potestati uidebitur conuenire cum detentione carceratione et modis omnibus necessariis et oportunis et potestas tempore quo fuerit datiua imposita teneatur et debeat per baiulum communis banniri facere, ut quilibet adcatastatus in castro communis iani debeat infra terminum statutum per dominos priores soluere ad penam quarti pluris.

De modo et ordine imponendi prestantias capitulo XVIIII.

Item statuerunt et ordinauerunt quod domini priores qui pro tempore fuerint una cum concilio spetiali uel generali possint teneantur et debeant quotiens opus fuerit imponere omnes et singulas prestantias oportunas communi predicto illis hominibus et personis de castro iani quos eis uidebitur in ea quantitate esse habiles ad mutuandum dicto communi et quod illi quibus in prestantia imposita esset ad requisitionem rectoris dicti castri soluere teneatur et compellatur modis omnibus quibus dco

dicto potestati uidebitur &c.

Quod laboratores cogantur soluere datiuas cap.° XX.

Item statuerunt et ordinauerunt quia non licet cuiquam non portanti onera communis gaudere propijs possessionibus, idcirco statuerunt et ordinauerunt quod omnes et singuli de castro Iani predicti uel forenses incole dicti castri qui laborant seu in futurum laborabunt aliquas possessiones in teritorio Iani alicuius non soluentis datiuas in communi predicto et alia onera et obsequia realia et personalia non prestantis, laboratores dictarum terrarum seu possessionum de fructibus perceptis seu percipiendis ex eisdem possessionibus datiuas soluere conpellantur videlicet de parte tangente domino dicte possessionis quos fructus dominus dicte possessionis repetere non possit et si fructus predicti non sufficerent pro satisfatione dictarum datiuarum sic impositarum uel imponendarum secundum summam quam capit libra dicte possessionis quam laborauerint ipsi laboratores de suo propio supplere et satisfacere teneantur et debeant usque ad satisfationem condignam dictarum datiuarum ac si sua propia talis possessio esset et potestas qui pro tempore fuerit teneatur et debeat predicta omnia et singula in presenti capitulo contenta attendere et obseruare facere et omnes et singulas datiuas tempore sui offitij et que fuissent imposite tempore sui in officio precessoris exigere teneatur ad penam decem librarum de suo salario re-

timendorum :/

De possessionibus non transferendis per aliquem non subiectum iurisditioni castri iani cap XXI

Item statuerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat
uel presumat donare, uendere, concedere uel alio quocumque
titulo uel colore quesito alienare, obligare uel permutare a-
liquam terram seu possessionem adcatastatam uel scripta
in catasto comunis iani, alicui cuiuscumque conditionis exi-
stat non subiecto iurisditioni dicti castri uel qui non substi-
neret omnia et singula onera realia et personalia in dicto
castro et qui contrafecerit puniatur in uigintiquinque libris
denariorum uice qualibet et nihilominus talis uenditor dona-
tor seu alienator et etiam laborator dictarum possessionum
ipsa donatione uenditione seu alienatione non obstante
datiuas et collectas pro dictis possessionibus et bonis soluere pe-
nitus compellatur et talis uenditio donatio seu alienatio
quouis modo facta in personam non subiectam iurisditio-
ni dicti comunis ut prefertur non ualeat nec teneat sed
ipso iure sit nulla et nullum obtineat roboris firmitatem
saluo et reseruato si talis cui dicta donatio uel concessio
facta facta fuerit dederit fideiussores ydoneos et suffici-
entes de soluendo omnes et singulas datiuas et prestanti-
as imponendas in comune iani predicti et de faciendo
et substinendo omnes alias factiones realesque personales
prout et sicut alij de dicto castro iani faciunt et substine

bunt in quo casu dicta venditio concessio seu donatio vel alie-
natio ut supra facta teneat et valeat ac si facta fuisset alicui
alterius subiecto iurisditioni dicti comunis et nihilominus ta-
lis possessio sic alienata vel alio quocumque modo concessa rema-
neat in catasto talis concedentis et subiecti et de ipso catasto
elevari quocumque modo non possit. si quis vero non subiectus
iurisditioni predicte succederet in bonis alicuius subiecti pote-
state iurisdictioni ab intestato similiter teneatur et debeat
prestare idoneos fideiussores de solvendo datias et prest-
antias quascumque imponendas in dicto comuni et alia sub-
stinere onera et obsequia realia et personalia que substine-
bunt et portabunt alij dicto comuni subiecti et hoc capitulum
sit precisum et locum habeat ad preterita, presentia et futura
Statuentes ut ne contraudetur in datiis et collectis imposi-
tis et imponendis, quod omnia predia possessiones et bona sita
in castro iani et eius districtus sint tributaria et oneria tribu-
ti affecta et cum onere solvendi datias et collectas transeant
et onus datiarum et collectarum quomodocumque imponat
intelligatur onus tributarium et ordinarium ad quod omnis
possessio teneatur./

De pena vendentis seu quocumque modo concede-
ntis alicui forensi domum in castro iani cap.° XXII.

Item ad abolendam omnem suspectionem de mentibus hom-
inum comunis castri iani ut securius vivant et persistere va-
leant sub fidelitate et devotione sancte matris ecclesie et

et summorum pontificum canonice intrantium et Mag^ce co(mun)ita-
tis Spoleti et eius populi, statuerunt et ordinaverunt et hac pre-
senti lege firmaverunt quod nulla persona habens domum vel
casalenum secus vel iuxta murum communis castri Iami aude-
at vel presumat aliquo quesito colore vel causa ipsam domum vel
casalenum alicui forensi non subiecto iurisditioni dicti castri Locar(e)
ad penam viginti quinque librarum denariorum in qua pote-
stas talem locationem debeat condemnare. Item quod nullus
ex castro vel eius iurisditioni subiectus audeat vel presumat
vendere vel donare vel aliquo quesito colore concedere alicui nisi d. c. Iami
forensi aliquam domum seu casalenum quam seu quod ha-
beret in castro Iami sub pena centum librarum denariorum
de facto auferendorum et nihilominus dicta venditio seu lo-
catio, seu donatio ut supra sit ipso iure nulla et nullius effica-
tie vel momenti, cuicumque autem forensis non subiectis iuris-
ditioni predicte domum aliquam iuxta dictos muros iure re-
dicti donationis vel venditionis haberet, non possit ipsam habi-
tare et si habitaret facta sibi prohibitione per potestatem pu-
niatur in decem libris denariorum, et nihilominus venditio
locatio aut concessio vel alienatio sit ipso iure nulla et nullius
efficacie vel momenti: // Sim. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] apparet in scriptis

Quod potestas possit imponere penam decem solidos ex suo offitio cap.° XXIII.

Item ad hoc ut materia tribuatur bene vivendi et quod metu
pene quisque officialibus qui pro tempore erunt in castro Iami

bentius circa concurrentia ipsorum offitio prestiterit debitam
obedientiam et ipsum offitium valeat comodius exerceri, sta
tuerunt et ordinaverunt quod potestas dicti castri pro ipso ex
ercendo offitio possit et valeat quandocumque et quotienscumque
sibi placebit et videbitur convenire imponere penam inobe
dienti usque in quantitatem decem solidorum ultra et preter pe
nam statutam in capitulo presentis voluminis loquente de ma
teria pro qualibet vice qua fuerint inobedientes que pena im
posita exigi et tolli possit per ipsum dominum potestatem de
facto totiens quotiens quis fuerit inobediens vel per condem
nationem si videbitur :/

Con(tra) inobedien(tes) infra fol. 27

De electione oratorum et ipsorum salario capitulo XXIIII°.

Item quia iustum censuerunt et consonum equitati et ut nostre
reipublice utiliter provideatur hac presenti lege statuerunt
et ordinaverunt quod in spetiali et ordinario concilio dicti
communis eligi debeant et nominari duo boni homines ha
bito tantum respectu ad sufficientiam ipsorum et amorem et
fidelitatem erga dictam nostram rempublicam qui pro re
bus arduis et maxime importantie destinentur oratores dicti
communis quocumque opus fuerit et videbitur oportunum pro
negotiis dicti communis, in rebus autem levioribus duo oratores
ut supra et unus si videbitur expedire pro utilitate dicti communis
et plures si videbitur oportunum eligantur per dominos prio
res pro tempore existentes qui valeant et teneant ac si ele

cti et nominati fuissent in dicto speciali concilio, qui oratores
si ibunt per quinque miliaria et infra distantia a dicto castro
habeant pro eorum salario videlicet pro quolibet ipsorum et qualibet
die non pernoctando extra dictum castrum sive eius dist-
rictu bonenenos tres, si pernoctaverint extra dictum ca-
strum bonenenos sex pro quolibet oratore et si irent per octo
miliaria et infra distantia a dicto castro habeant pro quo-
libet ipsorum et qualibet die bonenenos quatuor si non pernocta-
verint extra ut supra dictum est, si pernoctaverint bo-
nenenos sex et si irent per decem vel quindecim miliaria
et non ultra distantia a dicto castro habeant pro qualibet die
bonenenos octo et si pernoctaverint extra ut supradictum
est, et si ultra dicta quindecim miliaria distantia a di-
cto castro irent habeant pro quolibet et qualibet die ultra di-
ctos octo bonenenos prout discretioni videbitur priorum
pro tempore existentium./

De Forma litterarum credintialium Capitulo XXV.

Quia sepe quam plurimum sub umbra et favore sui comu-
nis propia negotia pertractare nituntur cupientes ipsorum
malitiam reprimere statuerunt et ordinaverunt quod
quelibet littera credentialis que per personam alicuius vel
aliquorum ambasiatorum fieret, debeat summarie contine-
re substantiam ambasciate sibi commisse per commune predi-

ctum, volunt insuper quod ambaxiatores electi ut supra in
precedenti capitulo continetur anteque ad dictam ambasiata
faciendam se conferant iurent in manibus Dominorum prio
rum ambaxiatam sibi commissam bene et legaliter et bona fi
de facere et exponere pro communi predicto et nullam aliis p
factis propiis vel alienis facere vel exponere preter commiss
am sibi a communi predicto et qui contrafecerit solvat nomine
pene in communi predicto viginti quinque libras denariorum in
quam per potestatem debeat condemnari.

Quod bona c(omun)is concedi vel alienari non possint cap(itul)o XXVI°.

Item quia non nulli consuevere sub bene vivendi velamine
bona communis inutiliter consumere et pro se alienis sumptibus be
nivolentiam captare, cupientes itaque fraudibus huiusmodi
et iniquis calliditatibus obviare presenti lege statuerunt et
ordinaverunt quod nulla Donatio, remissio concessio vel obli
gatio fiat nec fieri possit vel valeat de bonis communis iam a
centum solidorum denariorum supra, absque deliberatione con
cilii spetialis vel generalis et decem aliorum bonorum homi
num de dicto castro quos priores pro tempore existentes volu
erunt convocare inter quos concessio talis seu obligatio debe
at per tres partes ipsorum consiliariorum vocatorum ad bus
sulas et pallunctas obtineneri et si aliter fieret donatio ipsa vel
concessio seu alienatio non valeat nec teneat ipso iure, et si quis
contra dictam formam proposuerit consuluerit vel reforma
verit incidat in penam quinque librarum denariorum pro

quolibet nice qualibet :/

¶ Quod partita mittantur ad bussulas et pallu ctas cap°. XXVII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod omnia et singula par tita que fient in conciliis divisim mittantur ad bussulas et pallu ctas seu fabas dicendo quod quicumque vult dictum talis exprim endo nomen illius qui consuluit mittat palluctam seu faba in bussulam rubeam del non et quilibet mittat ambas manus clausas in ambabus bossulis videlicet in qualibet unam manum itaque nemo possit perpendere in qua bussula palluctam sive fabam miserit, et predicta potestas faciat observari et si quis consili arius contrafecerit solvat statim duodecim denarios, et quod omnia et singula ordinamenta et reformationes que fierent in concilio dicti castri obtineantur per duas partes consilia riorum tunc presentium salvo quod ubi tractaretur de aliqua donatione concessione vel remissione fienda de bonis commu nis quo casu obtineatur per tres partes consiliariorum tunc pre sentium et si aliter fieret talis reformatio non valeat et sic ipso iure nulla et quod in omni concilio possint arengare usque ad quatuor consiliarios et non plures ad poenam quinque soli dorum:/

¶ De habentibus casalenum contiguum muro co munis cap°. XXVIII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque habet casale

num in castro iami iuxta murum communis in quo muro non
essent merli et parapecti teneatur et debeat merlari facere
super ipso muro infra terminum per concilium ordinandū
suis sumptibus et expensis ad penam uigintiquinque librarum
denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet uice et ni-
hilominus dictus talis teneatur et cogatur per potestatem ad
faciendum predicta et potestas qui pro tempore fuerit in-
fra unum mensem sui regiminis teneatur ire ad uidendū
circum circa murum ipsius castri et ubi inuenerit non esse
merlatum et parapectum dictum murum faciat merlari
ad penam decem librarum denariorum de suo salario dum-
modo pro dicto tempore detur arena et calx per commune
predictum, et dictum capitulum locum habeat in preterit-
is presentibus et futuris:/

De extimatione et accatastatione terrarum que non essent accatastate cap.° XXIX

Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque habet pos-
sessionem seu terram in districtu iami non adcatastata
in catasto communis iami ipsam debeat assignare catastariis
communis pro tempore existentibus infra unum mensem a
die introitus eorum offitii computandum et quicumque non
assignauerit soluat nomine pene uiginti solidos denario-
rum et nihilominus soluere teneatur et debeat ac reficere
in commune predicto omnes datias non solutas de dicta
petia terre non assignate et adcatastate in catasto pre-
dicto pro eo tempore quo fuerunt in mora assignandi pos-

sessiones predictas, quas cogatur ponere in suo catasto, qui
catastarii sint duo boni homines et eligantur in concilio
speciali vel generali quorum officium duret per annum
et ipsi catastarii teneantur videre, et corrigere debeant
errores catasti et poni faciant per potestatem dicti comu-
nis et scribi terras venditas emptoribus et elevari faciant
a venditoribus et potestas pro eius labore et mercede habe-
at a qualibet parte et pro qualibet petia terre sex denarios qui
potestas non possit dictam petia terre ponere et elevare nisi
presentibus et consentientibus defensoribus et catasteriis dicti
communis in speciali vel generali concilio electis ut supra et
ipsis partibus item voluerunt quod predicti catasterii electi
ut supra habeant et habere debeant pro eorum salario et
labore ab illis in quorum catastis fuerint errores reperti
pro qualibet libra catasti quam in communi defraudaverint ultra
predictas penas solidos quinque denariorum, insuper addunt
presenti capitulo quod si qui homines et persone de castro
iani et eius districtu habentes aliquas possessiones communes
seu petia terrarum vel aliquam hereditatem debeant
et teneantur infra duos menses continuos postquam dicte
possessiones ad ipsarum manus pervenerint, ipsas posses-
siones et petia terrarum vel hereditatem dividere et
sortiri et quilibet ponere et poni facere pro parte sibi ta-
gente in suo catasto ad penam predictam, itaque nullus
de iano et eius districtu habeat nec habere possit nisi
propinum catastum et in propio catasto solvere, et non

in alieno exceptis dumtaxat fratribus carnalibus qui ad predicta minime teneantur, nec intelligatur, dum vix erint in comum et ipsorum bona fuerint inter ipsos comunia, sed eo ipso quo fratres predicti venerint ad divisionem teneantur et debeant ad eamdem penam infra dictum terminum duorum mensium possessiones quas simul comunes habuerint dividere et divisum quilibet ipsorum poni facere et scribi per potestatem dicti comunis et facere novum catastum si non haberet:/

De nõ faciendo ensenia per cõe absq3 deliberatione spialis vel generalis cõcilij cap°: XXX°.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumq3 facerit aliquod ensenium alicui persone ex parte comunis de quo non esset deliberatum per priores et concilium spetiale vel generale dicti comunis, talis enseniens de suo propio illud ensenium solvere teneatur:/

De modo conservandi vexillũ, pvilegia et iura quecumq3 cõis iam: cap° XXXI°.

At iura comunis previlegia, inmunitates ipsius comunis melius et salubrius debeant conservari, statuerunt et ordinaverunt quod vexillum seu banderia, ac previlegia immunitates et iura quecumq3 dicti comunis conserventur et custodiantur in una cassetta fabricanda expensis comunis et dicta

caſſetta cum dicto vexillo, privilegijs immunitatibus et iuribus reponatur et cuſtodiatur in armario exiſtente in palatio communis iani clauſo duabus clavibus quarum una ſit penes unum priorem, et alia penes alium priorem et de dictis privilegijs, iuribus, ac vexillo fiat inventarium et reponatur in dicto armario adeo quod quando fuerit opus perqueriri pro aliquo privilegio vel instrumento communis viſo dicto inventario facilius reperiatur, et ad auferendam materiam ne quis ipse quo aperiretur dictum armarium subtrahat vel aliquid auferat:

De inmunitate artificum forenſium capº: XXXIIº.

Item ſtatuerunt et ordinaverunt quod quicumque artifex foreñsis cuiuſcumque conditionis exiſtat venerit ad exercendum aliquam artem in caſtro iani vel eius diſtrictu qui ſit bone conditionis et fame, ab omnibus et ſingulis oneribus perſonalibus ſit exemptus per unum annum tantum computandum a die qua venerit in dicto caſtro vel eius diſtrictu ad habitandum:

Quod nullus nõ allibratus in cataſto cõis iani a 40 libris ſ poſſit hẽre aliq offitiũ in cõi capº: XXXIIII.

Item ſtatuerunt et ordinaverunt quod nullus de iano vel eius diſtrictu qui non ſit allibratus in cataſto communis in qua-

trigintaa libris et ab inde supra habere possit nec exercere
officium prioratus cameriatus et sindicatus communis nec
ad aliquod dictorum officiorum eligi vel deputari et eli- si
gantur talis electio non teneat nec valeat ullo modo et
qui contra dictam formam acceptaverit puniatur in decem
libris denariorum et eadem pena qui ipsum eligerit pu-
niatur.

De non pponendo de suspensione aliquorum statutorum et de nõ acceptando offitiũ pter formã statuti XXXIIII

Item statuerunt et ordinaverunt quod potestas qui pro te-
mpore fuerit et domini priores suprapositi nullo modo pos-
sint vel debeant aliqua ratione, causa vel quesito colore
preponere in aliquo concilio generali vel speciali de subs-
pensione seu mitigatione alicuius capituli constituti cuius-
cumque conditionis vel materie existat et quod nullus of-
ficialis communis iam possit eligi ad aliquod officium dicti
communis nisi secundum formam statuti loquentis de elect-
ione officialium et si aliter eligerentur talis electio non
valeat et talis electus contra dictam formam non possit
officium aliquid operari et alius loco sui eligatur et occa-
sione talis electionis nullum ius sibi aquiratur contra co-
mune et si potestas et domini priores contra predicta
proponerent vel proponi permicterent in aliquo con-
cilio de subspensione alicuius capituli constituti solvat
quilibet eorum nomine pene centum solidos denariorum

et quicumque arengauerit de aliqua subspensione fienda ad dictam penam similiter teneatur et hoc capitulum sit precisum et mutari non possit./

De pena prior. non facientium dari depositum ab illis qui emerint aliquid de bonis com. tempore ipsor. offitij cap.° XXXV,

Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque de dicto castro uel eius districtu, siue habitator eiusdem emerit aliquid de bonis comunis in perpetuum uel ad tempus, us pedagium macellum uel aliquid aliud adfictum uel ad coptimum uel quocumque alio titulo eidem datum locatum uel transiet tatum fuerit teneatur et debeat dictis de causis uel alijs quibuscumque dare dicto comuni uel eius nomine prioribus pro tempore existentibus idoneum depositarium de soluendo cum effectu omne id et totum de quo teneretur secundum conuentione inter ipsum et dictum comune factam, qui depositarius ad minus adcatastatus sit in catasto comunis in quatraginta libris ad penam decem librarum denarioru de facto soluendarum camerario dicti comunis et nihilominus dicta uenditio uel locatio ualeat et teneat et priores pro tempore existentes si in predictis omnibus obseruandis fuerint negligentes totum ipsorum admictant salarium etc./

28v

De poenis ad quas tenentur Priores et Cam.s castri Jami et cir. salario : Cap.o xxxvi

Item statuerunt et ordinauerunt qd Priores dicti castri Jami pro eorum salario trium mensium habeant et habere debeant florenos quatuor Marchiae inter omnes vz unum pro quolibet . et camerarius dicti communis etiam pro salario sui officij bonenenos duodecim nec ultra , et qd Priores et camerarius praedicti possint conueniri cogi et compelli omnibus Juris remedijs oportunis pro debitis dicti communis castri Jami et quorumcumq forensium et qd dci Priores et camerarij nullatenus possint verbis et factis intercedere uel fauere detentis per curiam dicti castri pro debitis dci cois, sub poena et ad poenam duorum ducatorum pro quolibet contrafacienti de facto applicandorum coi dicti castri et Potestati exigenti equis portionibus , & qd dicti Priores et camerarius teneantur et obligati sint quemadmodum aliae priuatae personae de dicto castro ad omnes poenas in praesenti uolumine statutorum contentas , et specialiter pro damnis datis & maleficijs quibuscumq per dictos Priores et camerarium quomodolibz illatis seu perpetratis in contrarium non obstantibus aliquo alio capitulo in praesenti Statuto descripto, consuetudine , ordin' , seu confirmatione hactenus facta uel facienda . Mandantes qd praefati Priores et camerarius in introitu eorum officij , teneant Jurare ad delationem Domini Potestatis obseruare et adimplere omnia et singula contenta in praesenti capitulo sub dicta poena applicanda ut supra omni meliori modo &.

Nota

[illegible] p dci [illegible] ad pena damnoz dat [illegible] in quib reformaui [illegible] confirmaverunt [illegible]

Decretum Consilij ordinatis loco celebrationis et custodie sabbatorum post horam vesperum sub capitulo primo primi libri. Capitulo xxxvij

Item fuit consultum statutum et ordinatum per generale concilium quod statutum sub capitulo primo primi libri loquens de observatione dies sabbati penitus aboleatur et pro abolito et casso habeatur et censeatur, et loco observantie dicti diei sabbati capitulum castri [illegible] quolibet anno in perpetuum celebrari faciat duo solennia officia in honorem dei et beate virginis marie et sancte Anne totiusque celestis curie, unum in octava paschali resurrectionis domini nostri Jhesu Christi, alterum vero in festo solenni sancte Anne matris dei genitricis marie et quod domini priores qui pro tempore fuerint teneantur et debeant vinculo iuris dicta officia in dictis sollemnitatibus [illegible] celebrari facere et dicti domini [illegible] et exigere teneantur pecunias pro dictis officiis celebrandis ab hominibus [illegible] communis castri [illegible] solidum unum pro quolibet capite [illegible] solvendo sub [illegible] ad decem annos superius [illegible]

Item

S vera stronomia ordinariamente quelli li quali [illegible] [illegible]
con [illegible] terra ovvero [illegible] [illegible] in [illegible]
de cigoria [illegible] la [illegible] altri [illegible] [illegible] [illegible]
al

XIIII [illegible]

INCIPIT LIBER · II · CAUSARUM CIVILIUM ·

De citationibus fiendis in causis ciuilibus cap.° I°

Prefati statutarij prouidentes generali ~~generali~~ auctoritate hominum et personarum castri iam predicti, statuerunt et ordinauerunt quod quicumque uoluerit conqueri de aliquo siue aliquibus aliqua occasione uel causa debeat coram potestate dicti castri comparere et illum siue illos de quo uel quibus conqueri uoluerit citari facere per baiulum comunis dicti castri qui bayulus publice citare debeat et possit quamcumque personam cum comissione sibi facta coram potestate in iudicio uel extra sedente pro tribunali et non sedente et quod talis citandus debeat citari de sero precedenti pro mane sequenti et de mane pro sero prout uoluerit ille ad cuius petitionem fit citatio, et hoc locum habeat in illis personis que nominatim citantur, citatio uero heredum fiat hoc modo videlicet quod bayulus uadat ad domum habitationis olim illius cuius heredes citari debent et ibi publice et palam citet omnes heredes et uolentes esse heredes uel uolentes pro heredibus respondere ad petitionem talis, nominando illum ad cuius petitionem fit citatio, quod prima die iuridica proxime uentura coram potestate debeat comparere ad respondendum sibi de iure uel alium actum adquem actor uoluerit et sufficiat una citatio facta in personam citanda, si uero ad domum fieret citatio debeat citatus ad domum secunda uice et peremptorie citari que secunda citatio fiat et fieri debeat expensis citati, heredes uero si in prima citatione fuerint contumaces citentur iterato pro sequenti die eorum expensis que secunda citatio fiat ad domum publice et coram potestate ipsorum

relatio publice ad bancum iuris et dictę duę citationes dicto-
modo factę sufficiatur actori et ad pronuntiationem procedi
possit et reum et reos secundum formam inempti capituli ta
nq; si essent heredes et hereditatem adimissent eius defunty
et pro eius debito citarentur et hoc quanto ad processum fi
endum inde super bonis defunti, pro hoc tamtum ipsi citati
tanq; heredes non possint condemnari personaliter ad debi
tum soluendum nisi primo eis fuerit asignatus terminus cer
tus quinq; dierum infra quem debeant declarare respon
dere aut uelint adire uel repudiare hereditatem et si fue
rint contumaces in respondendo intelligatur ipsam repudiasse
uel adimisse prout uoluerit et intererit eius ad cuius petitio
nem citatio et terminus supradictus fuerit asignatus que ci
tationes et relationes scribantur et scribi debeant et omnia
acta ciuilia que fierent in comuni coram potestate seu
per potestatem ad petitionem cuiuscumq; ad quem quo
modolibet pertineret quorum baynlorum relationibus stet:
et credatur prout per potestatem communis predicti scrip
tum aparebit.

De modo pcedendi contra confitentem cap.o II

Item statuerunt et ordinauerunt quod si citatus in termino
citationis compareuerit coram potestate dicti comunis
et confessus fuisset suo creditori se debere et sibi teneri
aliqua quantitate pecunię uel re in iudicio, potestas
seu rector qui habet ius iudicandi coram quo talis co-

sessio facta fuerit precipiat et precipere teneatur et debeat reo qui confessus fuit debitum quod idem soluat suo creditori anteq(uam) secedat de palatio si debita quantitas confessa fuerit decem solidorum denariorum et abinde infra si vero fuerit a decem solidis supra usq(ue) in viginti solidos denariorum precipiat et precipere debeat debitori quod illud soluat suo creditori infra quinq(ue) dies a die precepti facti computandos si vero debitum fuerit a viginti solidis denariorum supra de quacumq(ue) quantitate sit assignetur terminus et precipiatur per potestatem debitori quod illud soluat suo creditori infra decem dies continuos immediate sequentes abinde inantea cogatur debitor ad voluntatem creditoris et contra debitorem tale preceptum executioni mandetur realiter et personaliter dummodo creditor in contestatione litis soluat in cippum communis sex denarios pro libra quantitatis predicte petite seu extimationis pecunie seu rei quam peteret et de qua in precepto mentio fieret, [illegible] tempore executionis precepti sex denarios per libram totius quantitatis pecunie seu extimationis rei de qua in precepto fit mentio, de quo fiat mentio in actis curie dicti communis per potestatem et aliter preceptum sit ipso iure nullum, ex eo nulla executio fieri possit, in executione cuius precepti potestas ad voluntatem et petitione creditoris personaliter detineri faciat debitorem pro quantitate contenta in precepto et pro expensis legitimis que debitorem potestas ad petitionem creditoris si debitor

[illegible]

fuerit subspectus mitti faciat in carceribus dicti comunis de
33 quibus exire non possit sine licentia sui creditoris et debeat
potestas pro quolibet detento in carceribus habere pro custodia
quolibet die solidos decem, usque ad decem dies ab inde vero in an
tea si ultra steterit quinque solidos pro quolibet die et nocte ab ip
so debitore habeat donec in dictis carceribus fuerit detentus

Subspect[us]

et intelligatur esse subspectus ille qui non possideret bona immo
bilia sufficientia ad satisfationem debiti petiti contra eum si
vero debitor non esset subspectus detineatur in palatio com
munis residentie potestatis de quo exire non possit nec debe

pena inobedien[tis] debitoris

at sine licentia sui creditoris vel potestati dicti castri ad pe
nam arbitrij dicti domini potestatis pro quolibet detento et vi
ce quolibet de facto auferendam nisi primo satisfecerit suo cre

cassa quando non in ...

ditori et eadem pena puniatur pro quolibet die qua fuerit in
mora veniendi ad districtam postquam fuit citatus ad petitio
nem creditoris ex parte potestatis per bayulum dicti comunis.

executio et tenuta pro creditore con[tra] debitorem

si vero creditor post terminum precepti voluerit tenutam de
bonis sui debitoris soluto primo salario ut supradictum est
potestas dicti castri teneatur et debeat ad petitionem credi
toris dari facere et asignare tenutam dicto tali creditori
de bonis sui debitoris pro quantitate debiti et pro expen
sis legitimis primo mobilium in duplo quantitatis petite, se
cundo stabilium in triplo, tertio, nominum debitorum in qu
atruplo quantitatis petite, que executio fieri possit quolibet tem
pore absque aliqua citatione de novo fienda de tali debitore
ad petitionem creditoris in debitis confessis tantum et quod
a dictis preceptis factis et confessis nullus possit ex aliqua

causa apellare et revocare ad aliquem superiorem valeat tan
tum et teneat causa appellationis quando in confessione fuerit er
ratum per confessionem et tunc ipse potestas constito et proba
to quod ipse talis confessus erravit debeat dictum preceptum re
vocare et de causa principali cognoscere aliquo modo non ob
stante :/

De modo pcedendi in ca quo reus petierit li
bellum et de expeditione cau. civilium cap. III

Item statuerunt et ordinaverunt quod si citatus in termi
no citationis de eo facte ad petitionem actoris comparue
rint coram potestate dicti castri et petierint sibi libellum offe
rri, potestas non possit contra talem citatum procedere ad ali
quem actum nisi primo per actorem fuerit sibi oblatus libell
us quo libello oblato assignetur et detur copia libelli reo per
actorem quo libello habito expensis actoris per potestatem as
signetur et assignari debeat reo terminus quinque dierum tunc
proxime futurorum ad respondendum dicto libello quo termino
elapso si non fuerint opposite exceptiones pro parte rei que im-
pediant litis contestationem procedatur ad litis contestatio-
nem super ipso libello et iuretur de calumnia per utranque pa-
rtem nisi de voluntate partium tale iuramentum remicta-
tur et assignetur termini utrique parti ad probandum de eorum
iuribus in dicta causa decem dierum et in causa procedatur
ad examinationem testium. publicationem processus et se-
ntentiam et ad singulos actus secundum formam iuris dum-
modo in civilibus causis terminentur et terminari debeant

infra quadraginta dies continuos a die contestationis litis co-
mputandos nisi steterit per partes saluoque ipe litis contesta-
tionis soluantur sex denarios per libram ab actore tantum
dummodo predicta in presenti capitulo contenta locum ha-
beant in causis excedentibus decem libras uel extima-
tionis rei que excedat dictam quantitatem alias dictus
ordo seruari non debeat:

De modo procedendi contra negantes debitum petitum in totum uel in partem cap.o IIII.o

Item statuerunt et ordinauerunt quod si reus in termino
citationis de eo facte comparuerit coram potestate, et de-
bitum sibi ab actore petitum in totum, uel in partem nega-
uerit, potestas statuat actori terminum quinque dierum tunc
proxime sequendorum ad probandum, et liquidandum de-
bitum per eum petitum, et sibi negatum per reum, quo ter-
mino elapso, si actor non probauerit, reus absoluatur, si
uero actor probauerit infra dictum terminum sibi pre-
fixum, potestas sibi precipiat ut soluat quantitatem sibi pe-
titam, et probatam secundum modum, et ordinem supra tra-
ditum in capitulo de modo ~~confitendi~~ contra confitentem: procedendi

De modo procedendi contra contumacem et missionis in tenutam cap.o V.o

Statuerunt et ordinauerunt quod si citatus uel citata

ad petitionem alicuius persone in termino citationis de eo uel ea facte per baiulum dicti comunis secundum formam primi capituli suprascripti de citationibus in ciuilibus non comparuerit et contumax fuerit, si actor ad cuius instantiam reus citatus fuerit comparuerit in termino dicte citationis coram potestate et dicti rei citati contumaciam incusauerit, procedatur et procedi debeat contra eum uel eam ad pronuntiationem facta fide tantum prius de debito legitimo coram potestate non obstante contumacia dicti debitoris, et non obstante lite contestata, et contra eum potestas ad petitionem actoris post habitam et incusatam contumaciam possit interloquendo pronuntiare in contumaciam rei et contra eum in omni eo, et in omni quantitate pecunie quod et quam actor contra eum repetere uoluerit dummodo ante pronuntiationem actor mictat in cippum comunis sex denarios pro qualibet libra quantitatis pecunie uel extimationis rei quam peteret, quo salario soluto si creditor uoluerit suum creditorem facere detineri personaliter facta pronuntiatione, citetur debitor pro sequenti die ad destrictam et si comparuerit detineatur in palatio comunis secundum formam suprascripti capituli et inde non possit se cedere sine licentia sui creditoris seu potestatis dicti castri, et si non comparuerit uel sine licentia discesserit puniatur pro qualibet die qua fuerit in mora soluendi in decem solidos denariorum si uero creditor post pronuntiationem uoluerit tenutam de bonis sui debitoris pro quantitate contenta in pronuntiatione et pro expensis legitimis dicta tenuta actori concedatur quam te-

Fiat fides prius de debito non obstante contumacia

casus et soldi

Executio facta assignetur creditori

nutam bayulus assignare et dare debeat creditori liberam et
expeditam et si tenuta fuerit de re mobili in duplum assigne
tur quantitatis petite si uero de re imobili in triplo si uero fu
erit de nominibus debitorum ut superius dictum est in alio
capitulo que etiam tenuta si fuerit de re mobili detineatur
et detineri debeat per creditores octo diebus et si fuerit de re
imobili uel nominibus debitorum detineatur quindecim diebus
quibus terminis elapsis per bayulum ad bancum iuris coram po
testate banniatur tribus uicibus et qualibet uice assignetur ter
minus et in quolibet bannimento dicatur et preconizetur quod
quicumque uellet emere talem tenutam uel aliquid dicere uel
opponere quare non debeat uendi uel insolutum dari tali cre
ditori compareat infra dictum terminum et si quis infra ter
minum comparuerit seu tenutam emere uoluerit plus offe
renti uendatur et si nullus comparuerit elapsis dictis termi
nis extimetur et extimari debeat per quatuor extimato
res proximiores conuicino [illegible] et per duos extima
tores si tenuta fuerit de re mob[illegible] que extimatio fiat et fieri
debeat presente debitore uel saltem citato et citetur per ba
yulum comunis extimatoribus suprascriptis qua extimatione
facta procedatur ad petitionem creditoris ad iudicationem
et insolutum dationem siue concessionem tenute quam tenu
tam si fuerit de re mobili debitor recuperare possit infra duos
menses a die iudicationis computandos et si fuerit de re im
mobili infra quatuor menses a die iudicationis et in solutum
dationis computandos pro duabus partibus eius que talis tenuta
fuerit extimata et concedi debeat insolutum creditori quam
tenutam exinde possit creditor habere tenere et possidere

terminus ad retinendum tenutam ut supra assignatam

terminus ad recuperandum tenutam concessam

et de ea fructus percipere qui fructus a die quo tenutam ha
buerit creditor sive ipsius creditoris et nunc non computen
tur in sorte, liceat tamen debitori tenutam facere revo
care infra decem dies postq. tenuta data fuerit ex primo de
creto refectis actori sive creditori expensis legitimis et pre
stito fideiussore de iudicio sisti et iudicatum solvendo et simili
ter si reus citatus ad destrictam ob ipsius contumaciam no
luerit reficere expensas legitimas et dare fideiussorem de
iudicio sisti et iudicatum solvendo possit infra tres dies a die cita
tionis ad destrictam computandos a predicta destricta absol
vi presente actore, et hoc locum habeat in prima citatione du
taxat — De expensis contumacialibus refundendis

Qualiter instrumenta mandentur exe cutioni capitulo VI.

Item statuerunt et ordinaverunt quod instrumenta et pro
missiones facte, facta et facte inter quascumq. personas castri
iani vel eius districtu in dicto castro vel alibi ubicumq. scripta et
publicata manu cuiuscumq. notarij de dicto castro vel eius distri
ctu vel aliunde que abrasa cancellata seu vitiata non essent
quorum executio peteretur exequantur et executioni ma
ndentur per potestatem dicti castri contra debitorem seu
debitores ad petitionem creditoris hoc modo v3 quod ad pe
titionem creditoris debitor per bayulum comunis iani quod
infra quinq. dies immediate sequentes post ipsam citationem
comparere debeat coram potestate dicti castri ad accipienda
copiam si voluerit talis instrumenti quod talis creditor con

tra eum petit exequi et executioni mandare in tanta quanti
tate et infra alios quinque dies tunc immediate sequentes proban
dum contra ipsum instrumentum contra quod instrumentum
Exceptiones possint opponi exceptiones falsitatis, solutionis, usure prescri
ptionis temporis decem annorum minoris etatis et pacti con
ventionis que exceptiones si infra dictos terminos opposite et
approbate non fuerint, seu altera earum dictis decem die
bus elapsis ad petitionem creditoris soluto primo salario sex
denarios per libram in cippo communis tale instrumentum per
potestatem dicti castri executioni mandare debeat contra
debitorem prout creditor voluerit ipsam executionem fa
ciendo realiter et personaliter contra eum in eius bonis se
cundum formam suprascriptorum capitulorum. Et si in eode
instrumento essent plures debitores scripti et non decla
retur quis eorum esset principalis neque appositum sit quod in
solidum teneantur quod executio fiat et fieri debeat co
ntra omnes qui ad petitionem actoris pro equali portione
tangente omnes cogantur ad solvendum et prius contra
principalem debitorem quam contra fideiussorem fiat et fieri
debeat executio instrumenti et non possit ullo modo gra
vari vel inquietari fideiussor donec principalis debitor repe
riretur vel de bonis suis tantum quod sufficeret ad satis
fationem debiti et expensarum, de cuius principalis de
bitoris bonis fiat et fieri debeat executio per baiulum co
munis predicti qua executione facta si in bonis talis de
bitoris non reperiretur tantum quod sufficeret ad sa
tisfationem dicti debiti possit creditor contra fideiusso
rem et alios in ipso instrumento scriptos procedere et in

dicto casu contra alios debitores executio fieri possit ut supra dictum est.

Q[uod] Potestas possit defferre iuramentum et de quibus precepto solvi faciat salarium cap. VII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod potestas Iani possit teneatur et debeat diffinire et terminare omnes et singulas questiones que coram eo verterentur per iuramentum, quod iuramentum detur illi cui dicto potestati videbitur convenienter offerri debere, dummodo quantitas que peteretur non excedat summam centum solidorum denariorum, summarie et de facto sine libelli oblatione, et sine strepitu et figura iudicii etiam a centum solidorum supra de quacumque quantitate pecunie vel re verteretur possit ille potestas de voluntate partium et aliter non, et si actor vel reus aut alter ipsorum qui partitum fecerit, sibi beneficium reprobandi potestas statuat terminum quinque dierum tunc proxime sequendorum ad reprobandum tale iuramentum, ad cuius reprobationem sufficiat fides et probatio duorum testium fide dignorum, summarie et sine aliqua sollemnitate precedente, dummodo pars adversa sit presens delationi iuramenti dictorum testium vel saltem legitime citata, vel instrumentum publicum, vel protocollum, quibus instrumentis vel protocollis nulla exceptio possit opponi preter supradictas exceptiones in precedenti capitulo descriptas, ad quas exceptiones opponendas tali opponere volenti seu

opponenti ſtatuatur terminuſ quinq. dierum infra quem terminum ſi predictas exceptioneſ non probauerit habeatur pro confeſſo et nihiſominuſ puniatur periurij ut infra de pena periurij continetur et in caſu quo neutra partium uenerit ad iuramentum ſequatur uia ordinaria et ſoluatur ſalarium ſecundum formam ſupraſcriptorum capitulor.

De inſtrumentis debitor. a uiginti anniſ retro factis mandandis executioni cap.o VIIII.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt ad obuiandum malitijs et cauillationibuſ hominum quod nullum inſtrumentum debiti promiſſioniſ ſiue depoſiti et aliarum obligationum factarum a uiginti anniſ retro inter quaſcumq. perſonaſ caſtri iani uel eiuſ diſtrictuſ uel aliunde in quo aliquiſ terrigena dicti caſtri repe-riretur alicui obligatuſ peti poſſit executioni mandari, ſed illud tale inſtrumentum ſit ipſo iure nullum et ex eo nulla actio reſultet creditori, ſed ex nunc caſſetur et cancelletur et pro caſſo et cancellato habeatur et reputetur aliquo ſtatuto uel decreto in contrarium diſponente non obſtante; et hoc ſtatutum non uendicet ſibi locum in inſtrumentiſ dotium, et ipſarum reſtitutionum, uenditionum et alienationum, in quibuſ procedatur uia ordinaria ſecundum formam ſtatutorum preſentis uoluminiſ, quod ſtatutum non uendicet ſibi locum in pupilliſ et minoribuſ uigintiquinq. annorum ſed procedatur ut iuriſ eſt.

et de ſequeſtratione fienda cap.° IX.°

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod potestas caſtri iani teneatur et debeat ad petitionem cuiuſcumq; perſone de caſtro et districtu iani per bayulum dicti communis ſequeſtrari facere quaſcumq; reſ et bona cuiuſt forenſis uel terrigene, pro debito, ad quod teneretur, et obligatus eſſet alicui perſone de dicto caſtro, et eius districtu, et ipsaſ reſ, et bona recomendari facere penes aliquam ſufficientem perſonam de dicto caſtro, donec diſcuſſum et cognitum fuerit de iure partium ſaluo q. si ille, contra quem factum fuerit ſequeſtrum, uoluerit promittere, et idoneum fideiuſſorem dare de iudicio ſiſti, et iudicatum ſoluendo, et expenſas reficere, tale ſequeſtrum debeat reuocari, et intelligatur eſſe ſubſpectuſ ille, qui non poſſidet bona imobilia ſufficientia ad ſatiſfationem debiti, et expenſarum, et anteq; ſequeſtrum fiat, fiat fideſ per illum, qui peteret ſequeſtrum per inſtrumentum publicum, uel per teſteſ, uel per eius iuramentum denuo preſtandum.

De non emendo ab aliq.o forenſe iuſ et actione contra aliq. terr.genam cap.° X.°

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod nulla perſona de caſtro iani uel eius districtu emerit uel iuſ aut actionem receperit ab aliquo forenſe contra aliquem terrigenam caſtri iani uel eius districtuſ nec uendiderit, donauerit uel concederet aliquod iuſ quod haberet contra alique de iano uel eius districtu alicui forenſi ad penam uigintiquinq; librarum denariorum pro quol. et uice qualib. contrafaciente de facto auferendorum et ipsa

uenditio, donatio uel iuris concessio sit ipso iure nulla.

De executione sententiarum et laudorum in ciuilibus causis cap.o XI.

Item statuerunt et ordinauerunt quod potestas castri Iani teneatur et debeat executioni mandare de facto ad petitionem cuiuslibet cuius interesset omnes sententias latas et pronunciatas et factas per eius predecessorem in ciuilibus causis nec non landa data per quoscumque arbitros et arbitratores inter quascumque personas si tales sententie siue landa non penderent per appellationem uel reductionem ad arbitrium boni uiri uel nullitatem sed in rem transierit iudicatam et hec locum habeant in appellationibus que non essent prohibite per aliquod capitulum statutorum comunis Iani.

De cogendis consanguineis et affinibus inter quos esset questio ad compromittendum cap.o XII

Item ad tollendum inconuenientias et scandala que possent inter consanguineos uel affines oriri statuimus et ordinamus quod potestas et quilibet alius officialis teneatur et debeat quandocumque et quotienscumque aliqua discordia oriretur inter quascumque consanguineos et affines quacumque de causa oriretur ad instantiam alterius eorum litigantium uel non litigantium cogere partes personaliter ad compromictendum de ipsa lite questione seu discordia in aliquem uel aliquos ex eorum

consanguineis uel affinibus aut in alios quoscumque communes et
amicabiles compositores de quo uel quibus partes ipse fuerint
concordes et ipsos donec compromiserint non relaxare qui sic
coacti de eo loco eis per potestatem assignato non discedere ad
penam centum solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente
et uice qualibet et hec locum habeant in omni causa exce
ptis debitis de quibus apparent instrumenta uel testamenta
uel si iam esset sententiatum in quibus predictum statutum
locum non habeat.

Quod arbitri et arbitratores in quacumque causa electi cogantur ipsam finire et terminare et sententiam ferre infra unum mensem cap. XIII.

Item statuerunt, et ordinauerunt, quia compromissa inuenta
fuere, ut lites et cause expedirentur, et ne expensis inutilibus
partes uexarentur, ne itaque sub tegmine brevioris expedi
tionis in longiori tempore, partes compromictentes trahan
tur, quod potestas teneatur, et debeat quoscumque arbitros, et
arbitratores electos, et nominatos inter quascumque partes super
quacumque difinienda causa seu lite, super qua, et ad quam
uidendam, et cognoscendam electi fuerint, cogere et compel-
lere ad uidendum, cognoscendum, terminandum, sententi-
andum, et laudandum super ea differentia seu lite, super qua
et ad quam uidendam, et cognoscendam positi et electi sunt,
secundum compromissum in eos factum, infra unum mensem
proxime secuturum a die celebrati compromissi incohandum,
ad penam quatraginta solidorum pro quolibet et uice qualibet

auferendorum a quocumqȝ uel quibuſcumqȝ cauſam ſibi ſeu eiſ compromiſſam finire et terminare et in maiori uel minori termino ſecundum continentiam compromiſſi in quo terminum aliter ſtatutum et ordinatum eſſe appareret :/ Et casu q° arbitri hic nil electi nō esset cōcordes in sniando p potas possit eliger' tertiū et q̄d s duos ipoz cōcordes fuerit sniatum et laudatū id pro laudo et snia ratū sit.

Quod quiſ fideiubens ſeruetur indemnis cap° XIIII°.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod quicumqȝ dixerit ſe principalitatem ſeu fideiuſſionem feciſſe pro aliqua perſona caſtri la ni uel eiuſ diſtrictuſ apud aliquam perſonam de qua quidem principalitate et fideiuſſione uellet exire ſeu dannificatuſ eſſet taliſ principaliſ uel fideiuſſor occaſione ipſiuſ principalitatus fideiuſſioniſ ſeu obligationiſ et hec probauerit coram poteſtate dicti caſtri per publicum inſtrumentum uel per teſteſ fidedignoſ quod poteſtaſ coram quo petitum fuerit teneatur et debeat ad petitionem taliſ principaliſ cogere et compellere illum pro quo taliſ principalitaſ ſeu fideiuſſio facta fuerit in palatio dicti communiſ pro ut uoluerit ille taliſ qui principalitatem ſeu fideiuſſionem fecerit donec ab ipſa principalitate ſiue fideiuſſione fuerit conſeruatuſ indemniſ et inde recedere non poſſit ſine licentia dicti principaliſ ſiue fideiuſſoriſ et ſi ille taliſ qui principalitatem ſeu fideiuſſionem fecerit occaſione taliſ principalitatiſ ſeu fideiuſſioniſ dannificatuſ fuerit in aliqua quantitate pecunie cogatur ille taliſ pro quo principalitaſ ſeu fideiuſſio facta fuerit ad reſtituendum et reficiendum tali dannum paſſo totum illud in quo dannificatuſ eſſet occaſione predicta ſummarie et de facto ſine libelli oblatione ſine ſtrepitu

et figura iudicij dummodo de danno recepto occaſione talis princi-
palitatis uel fideiuſſionis legitime fidem fecerit quam fidem per
inſtrumentum uel teſtes coram poteſtate ſummarie facere poſſit oi
iuris ſollemnitate omiſſa et tali cohactione detentione ſeu pro-
ceſſu appellare non poſſit ſeu de nullitate opponi et predicta lo-
cum habeant ad preterita preſentia et futura.

Quod uenditor poſſit cogi ſumarie ad recipiendu in ſe iudicium de re uendita de qua emptori lis moueretur cap° XV°.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod ſi quis uendiderit alicui
perſone de caſtro iani uel eius diſtrictu aliquam domum terra
ſeu poſſeſſionem uel aliquid aliud mobile uel immobile cuius
rei promiſerit defenſionem per publicum inſtrumentum uel in
preſentia teſtium et talis res emptori moleſtaretur per aliquam
perſonam quod poteſtas coram quo queremonia facta fuerit te-
neatur et debeat ad petitionem emptoris cui promiſſum eſt re
emptam defendere recepta fide de promiſſione defenſionis fa-
cte per uenditorem ſummarie et ſine libelli oblatione ſtrepitu
et figura iudicij cogere talem uenditorem ad recipiendum iu-
dicium defenſionis in ſe ad defendendum et quod defendat ip-
ſam talem rem uenditam compellendo et cogendo ipſum uendi-
torem omni tempore feriato et non feriato prout et ſicut quomo-
do et quotiens emptor uoluerit realiter et perſonaliter et predi-
cta locum habeant ad preterita preſentia et futura.

De pena uendentium rem duobus uel pluribus in solidum cap.o XVI.

Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque uendiderit alicui persone alicui persone aliquam rem mobilem uel immobilem et ipsam eamdem rem alteri persone uni uel pluribus uendiderit in solidum incidat in penam decem librarum denariorum et nihilominus primo facta teneat et ualeat et alie uenditiones una uel plures sint et esse debeant ipso iure nulle et nullius efficatie uel ualoris dummodo talis uenditor ad petitionem secundi emptoris seu plurium si plures essent teneatur et debeat pretium perceptum pro dicta secunda uenditione restituere et reficere omnia et singula damna et expensas que et quas substinuisset occasione solutionis talis pretij et potestas ad petitionem talis secundi emptoris predictum uenditorem cogere et compellere teneatur realiter et personaliter prout et sicut et quomodo et qualiter emptor predictus uoluerit diebus feriatis et non feriatis et predicta locum habeant ad preterita presentia et futura:/

Quod mulier dotata nihil ultra petere possit nec subcedere in bonis dotantis decedentis ab intestato cap.o XVII

Reg.r in fin. p.ti li. cap.o 35

Cassum [illegible] hoc p.ns Cap.m quia fuit limitatum reg.e in fine dicti libri quia disponitur de hac materia

Item statuerunt et ordinauerunt quod si aliqua mulier de Castro iani uel eius districtu dotata fuerit a patre matre, fratre, uel sorore, seu patruo uel aliqua alia persona quod non possit subcedere in bonis uel hereditate illius qui eam dotauerit si decesserit ab intestato sed contenta sit et esse debeat suis dotibus et nihil aliud petere possit in bonis talis dotantis seu illius qui pro

ea dotem promiserit si decesserit ab intestato ut prefertur
et hoc intelligatur superstitibus filijs et nepotibus talis do
tante vel alijs quibuscumque per rectam lineam descende
ntibus ex eodem dotante masculis usque in tertium gra
dum de iure canonico computandi et hoc capitulum sit
precisum et mutari non possit et locum habeat et quo
ad presentia et futura :/ Cassu totu hoc pns cap. quia limitatu

De modo procedendi cum aliquis dubitaret ne aliquis haberet ius in bonis suis capitulum XVIII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si aliqua per
sona de Castro iami vel eius districtus dubitaret quod ali
qua alia persona habeat ius aliquod in bonis suis seu in bo
nis que per eum possiderentur seu aliquod aliud contra eum
occasione alicui debiti contractus vel obligationis per eam
vel aliam personam cui subcedere, quod potestas dicti ca
stri teneatur et debeat ad petitionem et requisitionem cu
iuscumque persone que diceret se dubitare de aliqua persona
quod aliquod ius haberet seu aliquid petere possit contra
eum vel eam seu in bonis eius facere citari et requiri per
bayulum communis illum vel illam de quo vel de qua dubi
taretur quod infra terminum decem dierum debeat com
parere coram ipso potestate ad ostendendum mostrandum
et producendum omne ius quod haberet in bonis illius seu
contra illum de quo assereret se dubitare et si talis citatus
non comparuerit in termino unius citationis facte de eo
personaliter seu duarum citationum factarum ad domu

habitationis citatus habeatur pro contumace et procedatur con
tra eum uel eam ad pronuntiationem et sibi mandetur per
sonaliter uel ad domum sue solite habitationis per bayulu
dicti comunis ex parte dicti potestatis quod infra unum
mensem a die precepti computando producere ostendere et
demostrare debeat omne ius quod haberet contra illum
uel illam qui uel que diceret se dubitare illum contra ipsum
aliquod ius habere uel eius bonis et si ille de quo dubitaret
infra dictum terminum unius mensis non produceret uel oste
nderet intra sua uel alius pro eo uel eius nomine a dicto ter
mino inantea dictum tale preceptum uim obtineat diffinitiue
sententie et ab inde inantea non audiatur per aliquem officia
lem dicti comunis in aliquo suo iure contra talem qui dubita
ret nullum ius aquiratur et ipsa iura si qua postmodum pro
ducerentur sint ipso iure nulla et ex eis nulla actio compe
tat et ipsorum uigore contra illum uel illam qui uel que ut
predicitur dubitaret a dicto termino inantea nulla actio seu
excusatio competat seu fieri possit /

De priuata scriptura et filius notarij si esset nota rius possit pris rogita publicare cap.° XIX°:

Item statuerunt et ordinauerunt quod si aliquis teneretur
uel obligatus esset alicui persone de castro iami uel eius di
strictu uel aliunde in aliqua quantitate pecunie uel re
de qua appareret scriptura manu propia debitoris scripta
quod illi tali scripture inquantum faceret contra ipsum
scriptorem adhibeatur et reddatur plena fides quemadmo

dum esset publicata et auctoritata scriptura et manu publici et auctoritati notarij scripta et publicata. et potestas dicti castri possit teneatur et debeat ad petitionem illius qui appa ret creditor in ipsa scriptura contra scriptorem ipsius tanq contra debitorem procedere pronuntiationem faciendam et con tra eius heredes et bona in omni eo et toto quod appareret ex forma et tenore ipsius scripture in omnibus et per omnia prout et sicut ipse creditor voluerit faciendo executionem ipsius scri pture secundum formam statuti loquentis de executione publ icorum instrumentorum et predicta locum habeant ad pre terita presentia et futura. dicentes insuper et presenti lege firmantes quod filius legitimus cuiuscumq notarij publici mor tui si notarius fuerit subcedat in scripturis et rogitis sui patris que rogata et scripturas publicare possit et cancellare et om nia facere que pater eius ante mortem suam facere poterat contra quas scripturas nihil possit obicij vel opponi dummodo talis scriptura non careat sollemnitatibus et substantialitati bus iuris.

De viis dandis per terram aliquorum per pote statem iam cap. XX.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumq habet vel haberet in futurum aliquam possessionem in districtu iani ad quas comode ire vel ab ea redire non posset et ad quam per suam possessionem iter viam seu anditum liberum non ha beret, possit petere vel habere possit petere et habere viam iter seu anditum duorum pedum ad pedē pertice comunis

iam dummodo si petenti vel volenti dictam viam iter seu anditum per terras et possessiones proximiorum vicinorum et per loca minus dannosa. que minus dannosa declaretur et declarari debeat per tres meliores et sufficientiores convicinos habentes eorum possessiones iuxta ipsas terras seu possessiones et talis et talis via sive iter extimetur declaretur et declarari debeat per ipsos convicinos quam extimationem seu declarationem faciant et facere teneantur et debeant iuramento premisso bene et legaliter et bona fide, remotis odio amore prece et pretio ac timore eorumque declarationi stetur et pareat et cuicumque contempserit seu viam dare recusaverit in casu predicto cogatur per potestatem ad dandum viam predictam et iter et nihilominus de facto pro eo quod recusaverit dare dictam viam de facto decem libras denariorum in communi solvere compellatur et predicta potestas vinculo iuramenti fieri facere et observare teneatur facta vero extimatione predicte vie ille cui data et asignata esset via teneatur et debeat pretium sive extimationem ipsius solvere illi vel illis cuius vel quorum esset talis possessio et predicta locum habeant et intelligantur in possessionibus quorumcumque ad preterita presentia et futura.

pena recusantis dare transitum vicino

De ferijs estatis vindemiarum et alijs diebus feriatis cap. XXI.

Item statuerunt et ordinaverunt quod potestas castri tam et quilibet alius officialis dicti castri positus ad ius reddendum pro comuni in dicto castro teneatur et debeat vinculo iuramenti

ad penam decem librarum denariorum de suo salario singulis
diebus iuridicis stare ad banchum iuris in loco sibi deputato per
comune bis in die ad ius reddendum omnibus et singulis hom- semel
inibus et personis coram eo comparere volentibus publice et
palam vz a media tertia usq(ue) ad horam tertie et ante vespe-
ras usq(ue) ad vesperas in civilibus criminalibus causis inter quas- &
cumq(ue) personas, et ipsas causas diffinire et terminare secun-
dum formam statuti dicti comunis et ubi statuta non loque-
rentur, secundum formam statutorum Mag.ce Civitatis spoleti
et ubi statuta non loquerentur secundum ius comune in-
telligatur et sint dies iuridici omnes et singuli dies totius an-
ni exceptis diebus inclusis qui feriati sint et pro feriatis habeant(ur)
in quibus diebus ius non debeat reddi et si redderetur quod fi-
eret non valeat, nec teneat ullo modo. Dies vero feriati sint
et esse debeant infrascripti vz Nativitas domini nostri iesu xpi
cum duobus diebus sequentibus et omnes alij dies mediate seque-
ntes usq(ue) ad diem primam mensis Januarij inclusive, Pascha
resurexionis domini nostri iesu xpi cum septem diebus prece-
dentibus et dobus diebus immediate sequentibus, Pascha pente-
bacostes cum dobus diebus immediate sequentibus, Pascha epifanie
dies rogationum festum ascensionis domini nostri ihu christi
festum corporis xpi, festum omnium sanctorum, Dies festivi-
tatis gloriosissime semper virginis marie festivitatis omnium
apostolorum et evangelistarum festivitates beati michaelis
archangeli de mense maij et sancte crucis de mense maij fe-
stum sancti Joannis Baptiste de mense iunij et dies sancti
martini, sancti blasij martiris sancti antonij de mense ia-
nuarij festivitatis sancti antonij et sancti antonij de

[Left margin notes:]
si sup(er) statutis de aliq(uo) casu no(n) loquit(ur) recurrat ad statuta sp(olet)i sin aut(em) ad ius co(mmun)e

Dies fer. [illegible]

mense septembris dies sancte chatarine sancte marie ma
gdalene sancte lucie omnes dies dominicales dies veneris
de mense martij et alijs aliis diebus omnibus ius reddatur
ut supradictum est. forensibus vero viduis orphanis pupillis et
alijs quibuscumque miserabilibus personis fiat et fieri debeat su
marium et favorabile ius sive actores sive rei prout et sicut
ipsi potestati videbitur et placebit omni iuris sollemnitate
omissa dummodo forensibus in eorum terris idem ordo serve
tur et quicumque voluerit conqueri de aliquo veniat et ve
nire debeat coram curia dicti comunis horis predictis in
quibus horis ut ad singulorum notitiam predicta perveni
ant potestas faciat pulsari campanam comunis. item ferie
autem estatis incipiant in kalendis mensis iulij et duret usque
ad festum sancte marie de augusto inclusive. ferie vero
vendemiarum incipiant in die festivitatis sancti agneli
de mense septembris et durent quindecim diebus continu
is immediate sequentibus quibus diebus potestas sedere non
debeat ad bancum ad ius reddendum in civilibus et pre
dicta locum habeant in civilibus causis tantum, in crimi
nalibus vero non obstantibus dictis ferijs vel alijs quibus
cumque possit processus formari et super ipsis procedi sicut et
quomodo alijs diebus iuridicis.

Potestas faciat pulsari campanam tempore audientie ferie estatis

· foreses ·

Quod notarij teneantur scribere extense scriptu
ras de quibus fuerunt rogati ipsorum salario cap° XXII°.

E t quia dignum fore censetur ut et notarij in eorum arte
regulam patiantur quemadmodum et alij patiuntur artiste

ne formam traſcendant comoditatis et ſibi ipſis pro ſcripturis
quaſ fecerint preter modum et ordinem satisfaciant et per
cipiant idcirco presenti conſtitutione firmantes et ſtatuentes
quod omnes et ſinguli notarij de caſtro iani poſsint teneam
tur et debeant ſcripturaſ quaſ fecerint et de quibuſ fue
rint rogati ſcribere extenſe et aperte secundum uoluntate
contrahentium in libro rogitorum talis notarij qui fuerit
inde rogati infra unum menſem a die ſtipulatione talis
contractus, soluant ipsi notario inde rogato pro prima ſcri
ptura bonenenum unum pro qualibz parte de quocumqz co
tractu et cuiuſcumqz conditionis fuerit, pro instrumentis
uero in publicam formam redactis, notarij predicti qui fue
rint inde rogati percipiant et percipere poſſint et ualeant
quantitateſ infraſcriptaſ ut pro quolibz instrumento dotali, re
ditioniſ donationiſ, quietationiſ ultime uoluntatis diuiſionis
mutui et depoſiti ac obligationeſ a centum libris denariorum
extimationiſ infra notariuſ qui fuerit rogatus et in publi
cam formam instrumentum reddiderit percipiat ab eo cuius
intererit bonenenoſ octo, ab inde uero ſupra uſqz omnem ſu
mam et extimationem denarioſ sex pro qualibz libra uel
extimationi rei, de alijs quibuſcumqz instrumentis in pu
blicam formam redactis uelutti de instrumento pacis, pro
curatorij et de ſimilibuſ percipere poſſit uſqz in omnem ſu
mam bonenenoſ octo et non ultra addicenteſ huic capi
tulo quod notarij predicti ad instantiam cuiuſlibz cuius
intererit teneantur et debeant infra quatuor dieſ poſtqz
fuerint requiſiti scribere et publicare instrumentum ſeu
instrumenta de quibuſ fuerint rogati et que [illegible]

ab illis quorum interierit ut predicitur ad dicta penam.

De modo quando quis petierit se mitti in tenutam et possessionem rei que adservierit ad se spectare cap. XXIII.

Item statuerunt et ordinauerunt quod si quis peteret se mitti in tenutam uel possessionem alicuius rei mobilis uel imobilis quam diceret ad se pertinere citari faciat possessorem ipsius rei bis et si dictus talis possessor fuerit contumax et non comparuerit in termino assignando per bayulum dicti communis ex parte potestatis dicti castri quod ipsis terminis elapsis potestas teneatur ad petitionem illius qui peteret se mitti in possessionem pronuntiare ipsum actorem fore mittendum in possessionem et tenutam ipsius rei petite et ipsum actorem mitti et poni facere corporalem possessionem et tenutam dicte rei per bayulum dicti communis si uero infra unum mensem dictus talis possessor non comparuerit et iura sua non produxerit abinde in antea ille talis qui positus et missus fuerit in possessionem auctoritate curie remaneat in possessionem ipsius rei et idem intelligatur si talis possessor comparuerit in termino citationis de eo facte coram potestate et non produxerit iura uel non allegauerit causam quare talis actor non debeat mitti in possessionem et tenutam dicte rei uel si produxerit minus ualida et non iuridica et causam allegauerit iniusta et non admittendam, sed si sua iura in forma produxerit aut iustam causam allegauerit procedatur

Q[uando] datur potestati in possessionem

uia ordinaria secundum formam statutorum presentis uoluminis.

Quod quicumque substinuerit aliquod dannum occasione represaliarum conseruetur indemnis cap. XXIIII.

Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque de castro iani uel eius districtu substinuerit uel substinebit aliquod dannum, seu soluerit uel soluet aliquam quantitatem pecunie occasione represaliarum concessarum contra comune, seu singulares personas dicti castri alicui persone pro debito alicuius terrigene eiusdem castri in aliquo loco culpa terrigene castri prefati uel eius districtus et tale dannum passus probauerit cum uno teste bone fame et fide digno quod dictum dannum substinuerit potestas et quis alius officialis dicti comunis positus ad ius reddendum teneatur et debeat ad petitionem talis dannum passi recepta primo fide ut dictum est statim de facto omni iuris sollemnitate obmissa cogere et compellere realiter et personaliter illum tale pro quo et cuius culpa represalie concesse essent, prout uoluerit ille qui dannum passus esset usque ad integram satisfationem dicti danni, Item si quis occasione debiti comunis aut alicuius spetialis persone dicti castri iani per aliquam obligationem uel factum contractus per eum cum aliquo forense contra comune dicta de causa seu spetialem personam illius castri iani per aliqua communitatem represalie concederent uel ad instantia

44 v

spetialis persone, si persone detinerentur uolunt quod expe
sis comunis mictatur ad illam terram ad petitionem cu-
iuscumqꝫ petentis si pro debito comunis fuerit detentus
et expensis dicti comunis defendatur et danna reficia-
ntur et expensis facte occasionis predicte salno et re-
seruato quod si preconizarentur ex parte dominorum
priorum dicti castri siue potestatis per loca publica et consu
eta dicti castri quod nullus de dicto loco uel eius districtu
siue habitator eiusdem audeat exire extra teritorium
dicti castri, tali occasione exprimendo causam in banni-
mentis quod quid contrafecerit uadat ad suum resicum
periculum et fortunam et dicto casu talis contrafaciens
et dicta de causa carceratus et quomodocumqꝫ detentus
expensis comunis minime defendatur, nec eidem per di-
ctum comune danna interesse, et expense per ipsum de-
tentum siue carceratum facte minime reficiantur, si
uero pro debito alterius spetialis persone fuerit detentus
et ille talis pro quo uel eius occasione detentus fuerit, re-
cusauerit soluere et restituere tali detento uel illi ad
cuius instantiam ille talis castellanus detentus fuerit absq
aliqua alia citatione seu processu cogatur de facto per
potestatem soluere omnem quantitatem pro qua ille
talis fuerit detentus, ad reficiendum omnia et singla
danna, expensas et interesse de quibus stetur iuram-
ento ipsius dannum passi.

Volenres

De certa parte dotis remanen. penes maritu. uxe. moriente ſine liberis cap.o XXV.

Volentis modis omnibus congruis prouidere laboribus oneribus, et expenſis factis per uiros tempore nuptiarum, nec omnes ſumptus dictis temporibus propriis expensis feciſſe intelligantur, statuerunt et ordinauerunt, quod si contigerit aliquam mulierem dotatam mori sine liberis ex ea natis, eius dote ſoluta uiro suo in totum uel in partem penes maritum fuerit matrimonium per carnalem copulam conſumatum eſſet filiis ex ea non remanentibus ex dicto marito, quod maritus lucretur et habeat quartam partem dotis predicte, que quarta pars nullo modo repeti poſſit, et hoc capitulum ſit preciſum, et mutari non poſſit.

De examinationibus teſtium cap.o XXVI.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod in omnibus et singulis cauſis et queſtionibus ciuilibus in quibus litis contestatio et terminus ad probandum fuerit aſsignatus partibus uel alteri partium litigantium quod poteſtas dicti comunis ad quem huiusmodi cauſa definienda spectaret seu coram quo talis queſtio uerteretur teneatur et debeat uinculo iuramenti ad penam decem librarum denarior. de suo ſalario excomputandor. poſt terminum datum parti ad faciendum interrogatorium ſuper articulis actoris examinare omnes teſtes iuratos in dicta cauſa et eor. atteſtationes et dicta clare ordinare et aperte ſcribere quo termino infra decem dies continuos poſtq. per partem

uel procuratorem fuerit coram eo potestatum nisi per ipsum producentem ipos testes staret quo minus examinari debe-
rent

De etate filiorum probanda cap. XXVII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si de etate alicuius dubitaretur quod talis etas probetur et probari possit per iuramentum patris et matris uel alterius eorum saluo quod si aliquis uellet probare contra dictum iuramentum paren-
tium quod eius probatio admictatur et si probaverit per testes idoneos omni eceptione maiores non stetur iura-
mento parentium.

Quod nulla mulier patre carens audeat se maritare sine licentia duorum consanguineorum cap. XXVIII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla mulier de ia-
no patre carens audeat uel presumat se alicui maritare sine licentia presensia et consensu duorum consanguineorum proximiorum ipsius mulieris masculorum uel saltem sine requisitione ipsorum legitima de eis fienda et si contrafe-
cerit cadat ipso facto a successione omnium suorum bono-
rum in quibus succederet tam paternis quam maternis que quidem bona sint comunis iani pro medietate confiscata et pro alia medietate consanguineis proximioribus ex recta

ſincia et nulluſ eorum audeat uel preſumat ſcribere inſtr,
umentum dotis taliſ mulieris nec ſponſalitiorum ipſiuſ sine
matrimonij uel aliquod aliud inſtrumenentum ad talia quo
modo pertinenſ sine licentia dictorum duorum conſangui
neorum qui aſſerant talem mulierem ante tale inſtrumentu
conficiendu eſſe maritatam et qui contrafecerit in decem
libriſ denariorum currentium uice qualibet et predicta locum
habeant ad preterita preſentia et futura

Q nullus poſſit petere a comuni debitum cap.º XXIX.º

Item statuerunt et ordinauerunt quod nulla perſona poſſit et
debeat petere uel habere a comune comuni Jani aliqua
quantitatem pecunie quam diceret eſſe debere recipere a
comune iani a quinq annis retro niſi haberet publicum inſtr
umentum ad penam quinq ſolidorum pro qualibet et uice qu
alibet

Q nullus q alicui seruierit poſsit petere aliq occasione talis seruitij niſi quod ex pacto uel ex conuentione fecerit cap.º XXX.º

Quia multi ſunt qui dum ad inuicem admictantur mutuo
hinc inde plurima ſeruitia faciunt animo nulliuſ conſequen
di lucri qui poſtmodum niſi [illegible] generiſ ue
nienteſ ad diſcordiam nituntur ex largitis beneficijs pre
mia conſequi grandiora, Nos itaq cupienteſ in quantum poſ
ſumuſ obuiare fallacijs huiuſmodi humani generiſ inimici

[illegible] infrascripti [illegible] statuimus qd nisi [illegible] in iudicio petierint eorum salarium nullo modo [illegible] posset nisi [illegible] fuerit inter eos conventum.

46v

ſtatuimuſ ac preſenti lege firmamuſ, quod nulluſ de caſtro iani, uel eiuſ diſtrictuſ, qui alicui ſeruiuerit, ſeu auxiliatuſ fuerit, uel aliquod laboratum uel exercitum ex quo pre mium aliquod poſſit quomodolibet promereri, poſſit uel ualeat a dicto tali, cui ſeruiuerit, uel auxiliatus fuerit, aliquid pro mercede et premio dicti preſtiti ſeruitij petere, nec ha bere, niſi primo cum dicto tali conuenerit, et conuentio nem fecerit ſpecialem, uel generalem; quo caſu petere poſ ſit occaſione predicta premium ſibi dari, dicta conuentione per duoſ teſteſ legitime probata, et aliter non audiatur.

Q. uenditio facta de re immobili cum rei poſſeſſio non fuerit acepta infra biendium ſit nulla cap.o XXXI.

A d obuiandum fraudibuſ et fictionibuſ comittendis ſeu que ſepe in uenditionibuſ comittuntur que plurimum hominibuſ nocuerunt, ſtatuerunt et ordinauerunt quod uenditio que libet facta ſeu que fieret in futurum per quamcumque perſona de re imobili et de ipsa re per emptorem non fuerit tenu ta ſeu poſſeſſio corporaliſ acepta infra biendium a die cele bratæ uenditioniſ computandum talis uenditio ſit nulla ac nullum.

Q. ne mulieres poſſint facere aliquem donationem uenditionem ſeu obligationem cap.o XXXII.

N e mulieres blanditijs decipiantur ſtatuerunt et ordinauerunt

quod nulla mulier de castro iani uel eius districtu possit ut ualeat facere donationem, uenditionem, alienationem, uel obligationem aliquam de bonis suis a decem libris denarior. supra, absq. presentia consensu et uoluntate sui uiri si habuerit et duorum consanguineorum proximiorum uel saltem requisitorum per baiulum communis si fuerit ex linea directa, intelligatur idem de affinibus propinquioribus, et ipsis non existentibus, uel altero, fiat et fieri possit et ualeat talis uenditio, donatio, alienatio, concessio uel obligatio coram potestate ad quod ipse potestas auctoritatem et decretum suum et dicti communis interponere teneatur et debeat et talis uenditio, donatio, alienatio, concessio seu obligatio sic facta teneat et ualeat pleno iure et aliter non.

¶ Quod minores 14m annorum non admittant ad testimonium in ciuilibus causis cap. XXXIII.

Item statuerunt et ordinauerunt quod nullus de iano uel districtu eius aut aliunde minor quatuordecim annorum admittatur uel admitti possit ad testimonium peribendum in aliquo ciuili actu et si admittetur ad testatio talis minoris, in ciuilibus actis nullam fidem seu probationem faciat nec uigore talis attestationis possit stam in aliqua causa procedi seu sententiam processum determinatum fuerit uigore attestationis talis minoris non ualeat nec teneat ipso iure.

47 v

De electione quatuor bonorum virorum ad decidendum questiones civiles cap.º XXXIIII.º

Item statuerunt et ordinauerunt pro euidenti comodo
et utilitate hominum et personarum comunis castri ia
ni, quod potestas comunis dicti castri qui nunc est aut
tempore fuerit teneatur et debeat uinculo iuramenti
ad penam uigintiquinq; librarum denariorum de suo
salario exigi facere per consilium speciale infra quinde,
cim dies post initium sui offitij quatuor bonos uiros de dicto
castro qui sic electi pro bono pacis et concordie ac como,
do et utilitate predictis habeant plenum et liberum arbi
trium uigore presentis statuti uidendi cognoscendi et
decidendi omnes et singulas lites questiones et causas
ciuiles uertentes coram potestate presente et qui pro tem,
pore fuerit et uerti poterint in futurum inter quascumq;
personas de castro iam summarie et de plano de iure et
de facto de iure tantum uel de iure et de facto et pre,
sens potestas qui pro tempore fuerit habeat arbitrium et
mandatum uigore huius presentis statuti compellendi con,
stringendi partes litigantes ad requisitionem duorum pri,
orum pro tempore existentium seu partium litigantium
uel alterius ipsarum ex eo arbitrio ad ipsas lites causas
et questiones compromictendi de iure tantum aut de
iure et de facto et eisdem partibus imponere penam ui,
ginti librarum denariorum ut non se cedant de ecclesia
sancti [illegible] de dicto castro si femine fuerint si mas,
culi de palatio donec compromiserint modis predictis in
manus dictorum sic electorum teneantur etiam ad dicta

requisitionem, idem dominus potestas pronuntiatur ipsam
vel ipsas causas nominandos per prefatos dominos priores vel
ad requisitionem partium quod sint ex nunc et esse debeant
in dictos quatuor sic electos et facto compromisso per partes
in ipsis quatuor bonis viris sic electis potestas percipere te-
neantur et debeant dictis partibus ad penam predictam infra
decem dies proxime venturos debeant ostendisse dedisse
et produxisse ac consignasse omnia et singula eorum iu-
ra que producta ostensa et allata fuerant coram potesta-
te castri predicti, et que et coram ipsis quatuor sic electis
potuerunt dicere producere et allegare infra dictum ter-
minum et omne ipse potestas statuat et prefigat terminum
ipsis quatuor electis quod infra decem vel quindecim sub-
sequentes dies teneantur et debeant definisse et terminas-
se lites et causas in eis compromissas pena arbitrio potesta-
tis auferenda prius dictis quatuor sic electis ad predicta
si compromissum factum fuerit de iure in eis per partes de-
lato et prestito eis corporali iuramento per potestem de be-
ne fideliter et legaliter et de iure sententiando et decla-
rando sub concilio sapienti et in aliis compromissis factis
in eisdem quatuor sic electis ut supra summarie et de
plano de iure et de facto sine sacramento possit disiu-
decedere et terminare prout discretioni ipsorum vide-
bitur convenire et post dictum terminum assignatum in
pradictis partibus ad producendum iura eorum et produ-
cta cogantur dicte partes per supradictum dominum po-

testatem ad dandu et assignandum sapientes subspectos
in causis eorum et de iure tantum compromissis in eis,
dem quatuor sic electis et datis et asignatis per ipsam
partem sapientibus subspectis ipi quatuor sic electi insi
mul et oculte nulla partium sciente receptis omnibus et
singulis ipsarum partium iuribus teneantur et debeant
eligere unum bonum et sapientem iuris peritum seu le,
gum doctorem ab ipsis partibus modo datum nec assignatu
subspectum ad quem ire et accedere debeant cum omni
bus et singulis iuribus ipsarum partium coram eis exibit,
et productis earumdem partium sumptibus et expensis et
mercede, qui ut supra sic electi pro dictis sumptibus et
expensis mercede habeant et habere debeant pro quolibet
et qualibet vice bonenenos sex a dictis partibus et recipiat
ab ipis partibus sufficientem mercedem pro habendo con
cilio sapientis sub sigillo et pro copia sententie ex eo con
cilio fiende eosdem quatuor sic electos manu propia scri,
ptoris dicti consily scripta et hoc facto supradicti quatuor sic
electi teneantur et debeant pena arbitrio potestatis au,
ferenda ad bancum iuris causarum civilium positum et
adfixum in sala magna palatij comunis predicti pro tribu,
nal. sedere et sententiam ferre cum rogatione publici no,
tarij et secundum continentiam supradicte copie que
[illegible] dicte partes ante legitime citentur per baiulum di,
cti comunis ad audiendum sententiam quorum suis di,
cte partes tantum absentes quam presentes teneantur

et debeant stare tacite et contente et contra non facere
nec venire ad penam in compromisso contentam, et hec
omnia in presenti capitulo contenta potestas teneatur et
debeat ad supradictam penam inviolabiliter observari
facere et hoc capitulum sit precisum et locum habeat ad
preterita presentia et futura.

Nota quod supradictum capitulum sic cir-
cumdatum non habeat locum nisi inter
coniunctos usque in quartum gradum

Declaratio cap. XVII presentis lib. Cap. XXXV.

Prefati domini statutarii declaraverunt et denuo statuerunt, quod si actor
vel reus voluerit dirimere litem per iuramentum decisorium super quavis
quantitate, et ex quacumque causa, de maiores de qua ageret, inter ipsas
partes presentes contracta asserat, ab altero ipsarum possit et valeat sine
libelli oblatione summarie facere partitum et ille cui fuerit
factum partitum teneatur dictum iur.tum suscipere ut parti referre
durante unica audientia, et periuramentum
causas habeatur pro confesso et convicto ac testibus
decernentes tamen quod dictum iur.tum possit reprobari ut supra in dicto
cap.o sept.o et repertus periurus in hoc casu puniatur pena dupli
de periurio.

Quod mulier dotata seu dotanda nullo modo possit

Ad tollendum dubitationes et lites que oriuntur et que oriri possunt

sup Statuto aci cast sub rubrica qd mulier dotata nihil ultra peter possit;
nec succeder in bonis dotantis decedetis ab intestato, statuerunt, ordinauerunt,
et reformauerunt, qd nulla mulier dotata a pre, auo, proauo, fre, patruo,
mre, auia, proauia, ul aliquo ipsorum aut aliqua ipsarum, siue a quocumq alio possit,
ul eius descendentes possint succeder alicui pdcorum ab intestato et in legitima
stantibus masculis p linea masculina descendentibus ex aliquo pdcorum dotantis, ul no
dotante et eo, de cuius successione no ageret. sed de successione alicuius
alterius pdcorum dummodo tales masculi attineant p sanguinitatem psone, de cuius
succession ageret et sufficiat qd ab uno pdcorum dotata fuerit ul dotetur.
in posterum ut stantibus masculis pdcis excludatur Talis mulier et eius
descendentes a succession oium pnciatorum, a quorum oium successione
uigore pntis reformatois qlibet mulier hactenus dotata, et in posterum
dotanda, et eius descendentes intelligat et sit penitus exclusae, et exclusi
p dotatione facta ul faciend ab aliquo praedtorum et star debeat sua dote
cotenta, et nihil ultra dote ut ration legitime ul eius supplementi talis mulier
ul descendentes ex ea peter possit ullo modo sed legitima ei ul eis debita pntis
reformation uigor ad dotis costitutae ul costituendae quatitate ceseat
et sit redacta. Possit tn qlb mulier, q no esset dotata a mre sed a quocumq
alio et descendentes talis mulieris de bonis et hereditatem mris ab intestato decedetis
siue alterius [illegible] ascedetis a later mris si mr assecuta est eius hereditas
peter coseq et haber decima parte dic hereditatis, et no ultra, stantibus
masculis supdtis p linea masculina descendentibus; ex Testameto aut mris dictae
mulieres et ear descendetes nihil ultra q sibi relictu fuerit, peter possit
ut ration legitime, ul alia quacumq ration, ul ca, et si aliqs pdcorum vz pr, auus, mr
[illegible] intestatus, ul ab intestato, et filia ul nepote una, ul plures
n. dotaverit, ul ab aliquo ipsorum no fuerit dotata, dotari debeat seu debeat

ab eo(rum) filiis, et aliis masculis p(er) lineam masculinam descendentibus eorundem ut alicuius
eo(rum) heredibus s(ecundu)m co(n)suetudinem dicti cast(ri) ul saltem s(ecundu)m quod masculi de domo unde nata e(st)
mulier dotandi co(n)sueuerunt p(ro)ut prius alias mulieres de domo eo(rum) dotar(e), et
Talis mulier sic dotan(da) duntaxat in dote sicut p(ro)mittit(ur) co(n)stitue(n)s succedat
o(mn)ibus p(re)dictis et illa i(n)telligat(ur) et sit ea(rum) successio et leg(iti)ma et plus in bonis
paternis maternis fraternis sororiis auitis et patruo(rum) p(re)ter p(re)missa
sola unica dotatione petere co(n)seq(ui) ul habere n(on) possit uel d(e)scende(n)te(s) ab ea
possit et in residuo hereditatis et succ(essio)nis et in hereditatis successione
a qua mulier dotata et eius d(e)scende(n)tes excludu(n)tur uigore p(rese)ntis reformat(io)nis
succedat masculi sup(ra)d(ic)ti p(ro)ximiores p(er)sone d(e)functe in o(mn)ib(us) casib(us) p(re)d(ic)tis
Voluerunt insup(er) p(re)fati statutarij et reformatores q(uo)d d(i)c(t)a mulier dotata ul
dotand(a) ul descende(n)tes ab ea no(n) possint audiri in Judicio, ul ex(tra), in curia dicti
Jani ul alia co(n)tra p(rese)ntem reformatione(m) et (contra) p(re)d(ic)ta p(re)fatis mulieribus
ul descende(n)tib(us) ab eis in p(re)d(ic)tis et aliq(u)o casuu(m) p(re)d(ic)to(rum) nullo mo(do) Jus reddat(ur) p(er) aliquem
officiale(m) sub pena xxv. lib(ra)r(um) den(ariorum) de suo salario condemnen(dum) retinen(dum), et nihilominus
q(ui)cq(ui)d factu(m) fuerit p(er) tale(m) officiale(m) in fauore ipsa(rum) mulieru(m) co(n)tra p(rese)nte(m) refor
matione(m) ip(s)o Jur(e) sit nullu(m) irritu(m) inane et in nullo ipsis mulierib(us) suffraget(ur).
et p(re)d(i)c(t)a o(mn)ia uoluerunt h(abe)re locu(m) in o(mn)ib(us) futuris o(mn)i meliori mo(do), et p(re)cise
intelligi et obseruari, d(e)rogantes q(ui)buscu(m)q(ue) statutis, et reformationib(us) in (contra)r(ium)
(contra) co(n)tra p(rese)nte(m) reformatione(m) q(ua)uis mo(do) facien(tibus) et max(ime) dicto statuto sub cap(itu)lo
xvii. p(rese)ntis secundi libri et o(mn)ib(us) aliis, e(t) singlis in q(ui)b(us) et in eo libro dispositu(m)
reperit(ur) q(uo)d p(er) p(rese)ntem reformatione(m) disponat(ur) p(er) qua(m) in o(mn)ib(us) singlis predictis uolu
erunt statuerunt et reformauerunt p(re)dictu(m) statutu(m) fore et esse correptu(m)
cassu(m) anullatu(m), et no(n) habere alicuius roboris efficacia(m) [illegible] statuerunt
et ordinarunt q(uo)d si aliq(ui)s habet filia(m) femina(m), una(m) ul plures, et nullu(m)
descende(n)te(m) masculu(m) et d(i)c(t)am filia(m) ul filias dotauerit, si ab i(n)testato de
cessent superstite fr(atr)e eius defunct(i) uno ul plurib(us)

Nota

Nota

masculis ab ipso fre ut fribus ipe frater ut fres siue descedetes ab eis
masculis, succedat in eius dfuncti hereditate exclusa propria filia
siue exclusis propriis filiabus dotatis Si aut filia una ut plures
filie supsit alicuius dfuncti et no fuent dotate ab eoz pre dfuncto
nullo dscendete ex eo masculo supstite, tuc fre, ul fratres supstes
ut supstites siue ipis dscendentibz ab eis masculi possint et dbeat dcam
filia ut filias dotar cogruenter ut sup dictu est, et in residuo dci fres
ipius dfuncti ut descendeti ex eo ut ex eis masculi bonoz hereditatis
dci dfuncti succedat exclusis dcis filiabus postq erut dotati
saluis sep Testametis.

chi su fronne s'ingegno ... che gome ... silvernino

Chi ara chi no ane come chi ciama chi rama la sa chi inima tu bono ca
loco rabesa

INCIPIT III LIBER DE MALEFICIIS

De libertate concessa potestati super investigatione maleficiorum cap. I.

Statuerunt et ordinaverunt statutarii supradicti quod
potestas castri iam et quilibet alius officialis castri predicti
cui commissa esset auctoritas sive iurisdictio per commune iam
et quilibet ipsorum per se possit teneatur et debeat inquirere
investigare et invenire ex suo et sue curie offitio cum
denuntiatione et sine prout quomodo et quotiens et qua
ndo opus fuerit et sibi videbitur de omnibus et singulis
malefitiis iniuriis percussionibus nec non generaliter de omnibus
et quibuscumque aliis maleficiis dicto vel facto factis commis-
sis et illatis in castro iam et eius teritorio et districtu et alibi
ubicumque fuerint commisse per quoscumque homines et perso-
nas castri et destrictus eiusdem et per accusationem inquisitio
nemque procedatur et repertos culpabiles punire et condem-
nare secundum formam statutorum dicti castri et capituli
de tali maleficio loquentis et ubi non loqueretur proceder
de similibus ad similia si simile inveniat alias procedatur
secundum formam statutorum Mag.ce civitatis Spoleti non
obstante si ordo vel sollemnitas iuris in procedendo servata
non fuerint dummodo de maleficio seu delicto constet et sup
ipsis maleficiis procedere si costat ut dicitur de malefitio
per famam publicam et inditiis per duos testes probandis
et procedere et processus formare diebus feriatis et non
feriatis contra quascumque personas et contra filios famili
as non obstante quod filius familias sit minor seu aliquis

alius esset qui comiserit maleficium seu delictum qui sine
patris domini tutoris uel curatoris consensu et in iudicio in
teresse possit et si confitebitur maleficium uel contra eum
probatum fuerit puniri et condemnari quemadmodum qui
sibi maior et [illegible] puniri et condemnari possit si patris
domini tutoris uel curatoris auctoritas uel consensus n
interuenerit possit et filius familias sine patris tutoris ul
curatoris consensu accusare et denuntiare de quolibet
maleficio a decimo anno supra et talis accusatio siue de-
nuntiatio roboris obtineat firmitatem minor tantum de
cem annorum non teneatur ad penam pro leui delicto
excessu uel maleficio

Que persone admictuntur ad accusandum in maleficiis cap.° 11.°

Item statuerunt et ordinauerunt, quod quilibet contra
quem fuerit illata iniuria uerbo, aut facto, contra se co-
missum fuerit malefitium, cuiuscumque status uel conditio-
nis existat, possit et ualeat de dicto maleficio contra se
commisso, accusare, et etiam pater et mater possint accu-
sare de omni maleficio et iniuria comissa in personam
filii, et e conuerso frater uel soror de malefitio et iniuria
commissis in personam fratris uel sororis; auus et auia pa-
truus et auunculus possint denuntiare et accusare de om-
ni malefitio, et excessu comisso in personam neptis, uel
nepotis; et maritus de omni malefitio et iniuria comissis

47a
53r

in personam uxoris, et qualis alius coniunctus passo iniu
riam usque in tertium gradum sic et quomodo principalis
iniuriatus et offensus seu iniuriam passus accusare et de
nuntiare possit:

De modo pcedendi sup maleficiis et de bnfitio pacis et confessionis et citationis in maleficiis cap. III.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque fuerit p
aliquo malefitio de quo contra eum vel eam procederet
per accusationem denuntiationem vel inquisitionem
si personaliter citatus fuerit sufficiat citatio facta semel si
uero solite habitationis bis debeat citari et quelibet dictar
citationum fiat et fieri debeat cum uno teste ad minus et
cum dimissione cedule continentis totum tenorem et effectum
accusationis denuntiationis uel inquisitionis contra eum
uel eam formate et in qualibet citatione statuatur termi
nus trium dierum ad minus et si uero comparuerit in
termino citationis de eo uel ea facte uel aliquis alius de
fensor legitimus pro eo elapso termino in antea habeat
pro confesso et conuicto de omni eo, et de quo accusatus
uel denuntiatus fuerit seu de quo contra eum uel eam in
quireretur ac si tale maleficium per eum uel eam proprio
ore confessus uel confessa fuisset coram curia comu
nis saluo et reseruato quod post terminum
citationis de eo uel ea facte ille talis citatus

pareris per baiulum dicti comunis ad portam palatii dicti
comunis alta uoce premissa exbandiatur de castro iam
et eius districtu in ea quantitate pecunie in qua per for
mam statuti loquentis de tali maleficio ueniret condem
nandus in quo banno siue exbannimento assignetur et
assignari debeat terminus quinque dierum inmediate seque
tium infra quem terminum coram potestate et curia cois
iam comparere et se excusare possit a quo dicto termi
no elapso in antea non audiatur in aliquo suo iure. si
uero ille talis accusatus uel denuntiatus seu contra
quem inquireretur occasione alicuius maleficii uel ex
cessi esset absens a castro iam et eius absentia allegaret
per aliquam personam quod tunc eo casu potestas dicti
comunis qui de tali malefitio cognosceret ad instantia
cuiuscumque petentis et absentiam allegantis recepta prius
fide summarie de ipsius absentia teneatur et debeat
competentem terminum sibi petenti et absentiam alle
ganti pro tali absentia assignare infra quem terminu
comode a loco ubi esset redire possit et ad ipsum locum
nuntium destinari si uero infra terminum citationis
uel banni comparuerit accusatus denuntiatus uel inq
situs cogatur et cogi debeat ad respondendum accu
sationi denuntiationi uel inquisitioni de eo facte seu
contra eum formate et facta responsione detineatur
in carceribus comunis prout potestati uidebitur et pla

cebit. Donec promiserit stare et parere mandatis curie
et comunis et soluere omnem condemnationem de eo
fiendam occasione talis malefitii vel excessus et de
se presentando coram curia quotiens opus fuerit et do
minus potestas voluerit et assignetur terminus decem
dierum ad omnem suam aliam defensionem facienda
et pro obseruatione predictorum sufficientes et idoneos
fideiussores dederit et si fideiurem habere non poterit
detineatur in carceribus, et si in prima comparitione
et responsione accusatus, denuntiatus vel inquisitus con
fessus fuerit maleficium de quo accusatus, denuntiatus
vel inquisitus esset, habeat benefitium quarte partis pene
sue condemnationis que tali malefitio fieri deberet per
formam statuti de tali maleficio loquentis que quarta pars
sibi detrahi debeat tempore sue condemnationis et con
dennetur in tribus partibus tantum predicte pene, si vero
de tali maleficio vel delicto talis accusatus et denuntia
tus vel contra quem ingrederetur pacem habuerit ab in
iuriam passo habeat benefitium medietatis pene et
dummodo de pace habita appareat in insilza potesta
tis per publicum instrumentum quod produci possit per
quamcumque personam ante sententiam latam quod in
strumentum faciat plenam probationem de maleficio
de quo in tali instrumento mentio fieret et per produ
centem ipsum instrumentum intelligatur maleficium

54v

esse probatum si vero instrumentum pacis non produ
ceretur ante sententiam talis accusatus denuntiatus
vel inquisitus benefitium supradictum minime con
sequatur et quod potestas teneatur et debeat quemlibet
processum a die incohationis infra mensem expedire et
si contrafecerit pro quolibet processu infra dictum terminum
non expedito puniatur pena decem librarum de suo
salario retinendarum et similiter dicentes de processi
bus repertis pendentibus.

De pena insultantis aliquem et de pena prestantium auxilium consilium vel favorem cap. IIII.

Item ad reprimendum iniquitatem malorum et favorum eius
statuerunt et ordinaverunt quod si quis contra aliquem
in castro iani vel eius districtu fecerit insultum impe
tum et agressuram si cum armis et non percusserit
pro dicto insultu tantum condemnetur in decem li
bris denariorum si vero percusserit puniatur et condem
netur pro insultu ut predictum est et pro percussione
secundum formam capituli loquentis de tali mate
ria si insultum fecerit sine armis et percusserit co
ndemnetur pro insultu et pro percussione secundum
formam statuti loquentis de tali maleficio si vero
insultum quis fecerit alicui ad domum propriam vel

in solo insultu sine armis

conductam pro solo insultu sine armis in decem libras
denariorum condemnetur et si cum armis in uigin
tiquinque libris denariorum condemnetur et in eadē
penam teneatur et condemnetur qui in predictis circa
predicta seu aliquo predictorum auxilium prestiterit
consilium uel fauorem ita tamen quod habita concor
dia et pace tollatur medietas dicte pene.

insultu cum armis in domo facto



De percussionum pena facta cum armis et sine. capitulum V.

Item statuerunt et ordinauerunt quod si aliquis percus-
serit cum cultello, spada, spontone, falcastro, lancea, se
curi, iaculo, mandaria, mazza ferrea uel cum ali
quibus alijs quibuscumque armis ferreis seu ferratis quo
cumque nomine nuncupentur in castro iam et eius distr
ictu in capite facie uel collo si in facie et sanguis ex
iuerit et cicatrix seu signum euidens remansurit
ex tali uulnere in quinquaginta libris denariorum
communi predicto pro quolibet tali uulnere condemnetur
si uero in capite uel collo et sanguis exiuerit et cicat-
rix fuerit remansura siue non pro quolibet uulnere et
qualibet percussione in uigintiquinque libris denariorum
condemnetur si in capite cum fractura cranij in-

55v

Lapide et baculo

quaginta libris denariorum condemnetur. si uero cum lapide, baculo uel alijs similibus quibuscumque armis non ferreis seu ferratis aliquis aliquem percusserit a collo

a collo sup

supra uel in collo et sanguis exiuerit pro quolibet uulnere et percussione in quindecim libris denariorum condemnetur si uero non exiuerit sanguis in centum solidos denariorum condemnetur, si uero aliquis aliquem percus-

a collo infra

serit a collo infra cum aliquibus ex supradictis armis et sanguis inde exiuerit pro quolibet uulnere et percussione in uigintiquinque libris denariorum condemnet si uero cum baculo lapide et similibus armis se alijs quibuscumque armis non ferreis aliquis aliquem percusserit a collo infra et sanguis inde exiuerit pro quolibet uulnere et percussione in decem libris denariorum condemnetur et si sanguis non exiuerit in centum solidorum et si proiecerit et non percusserit in dicta pena centum

Manu uacua

solidorum si uero manu uacua uel sine armis aliquis aliquem percusserit a collo supra uel in collo et sanguis inde exiuerit pro qualibet percussione pro qualibet percussione in decem libris denariorum condemnetur si uero sanguis non exiuerit pro qualibet percussione in centum solidis denariorum condemnetur si uero a collo infra sine armis aliquis aliquem percusserit et sanguis inde exierit pro qualibet percussione in centum solidis

denariorum condemnetur, et si sanguis non exiverit
in quatraginta solidis denariorum pro qualibet percussion
condemnetur et predicta intelligantur de percussionibus
manu vacua factis si vero aliquis aliquem percusse
rit seu spatassaverit et eum cadere fecerit in terram
pro qualibet vice in quatraginta solidis denariorum con
demnetur et si non ceciderit in terram pro qualibet vice
in viginti solidis denariorum condemnetur, si vero cum
pede percusserit seu calcium dederit et percussus cade
ret in terram pro quolibet calcio in quatraginta solidis
denariorum condemnetur, et si non ceciderit in ter
ram pro quolibet calcio et percussione in viginti solidis
denariorum condemnetur, si vero aliquis aliquem
per capillos ceperit et trasinaverit per terram pro qua-
libet vice in centum solidis denariorum condemnet
si vero non trasinaverit per terram in quatraginta
solidis denariorum condemnetur, si aliquis alicui ca-
puteum sive birretum de capite elevaverit in vigin
ti solidis denariorum vice qualibet condemnetur et ide
intelligatur et observetur in quolibet casuum predictorum
Si aliquis castellanus castri iani aliquem alium castel-
lanum seu districtualem castri iani extra teritorium
dicti castri offenderet per curiam dicti castri cognosci
possit et puniri et condemnari debeat secundum
formam presentis capituli non obstante quod in

si ceciderit in terram

cum pede seu calcio

Offensio inter castellanos extra territorium

56v

loco dicti commissi malefitij per curiam ipsius loci co-
gnitum fuerit exceptis a predictis minoribus a dece
annis qui ad dictas penas minime teneantur, et exce
ptis hisqui manu uacua in modum correctionis uer-
berauerit aliquos minores duodecim annis quos inue
nerint damnum dare in suis possessionibus persona-
liter uel cum bestijs dummodo ex tali uerberatione
sanguis non exeat qui ad penas predictas minime
teneantur.

De pena comittentis homicidium cap.° VI.°

Item statuerunt et ordinauerunt ad hoc ut quilib;
metu pene materiam habeat recte uiuendi, quod
si contingat aliquem castellanum seu destrictuale
castri iam uel forensem in castro predicto uel eius
districtu aliquem alium castellanum uel destrictua-
lem dicti castri ut alium quemcumq; forensem stu-
diose uel casualiter interficere quod talis interfector
seu interemptor si ad manus et fortiam comunis
castri predicti peruenerit et haberi poterit in car-
ceribus comunis detrudatur et custodiatur et pro
consequenda ueritate dicti maleficij talis comittes
poni possit ad torturam habito indicio uerisimili con-

tra talem contra quem proceditur et per eius confes
sionem de commisso homicidio constiterit, prefigatur
sibi terminus ad omnem suam defensionem facien-
dam decem dierum computandorum a die facte
dicte confessionis et si nullam fecerit vel minus le-
gitim, cogatur facere renuntiationem ab bancum seu
stangam banchi maleficiorum coram potestate pro
tribunali sedente et facta renuntiatione predicta
que pro legitima confessione habeatur et reputetur,
ducatur et duci debeat in die sabati sequenti ad
locum iustitie ubi solita est fieri et ibi per execu
torem vel managoldum dicto tali caput ad spatulis
amputetur, et dividatur adeo quod anima a corpor
separetur et simili modo et forma contra talem ho-
micidam procedatur, et si maleficium cōmissum
negaverit et per duos testes fidedignos deponentes
ad plenum de visu fuerit contra dictum talem ho-
micidam probatum et si talis homicida infra ter-
minum predictum decem dierum probaverit illu
talem interfecisse ad sui corporis tutelam et defe-
nsam per duos idoneos testes qui deponant audivis
se talem homicidam dixisse tribus vicibus illi tali
quem occiderit guarda et quesiverit vitare mortē

illius ad predictam penam minime teneantur sed po-
tius absoluatur et liberetur. et si in fortiam comunis
non peruenerit citetur ad domum suę solite habita-
tionis cum uno teste si uero esset forensis citetur ad
portam palatij comunis residentie domini potestatis
per preconem comunis siue baiulum publice et alta
uoce quod in terminum decem dierum debeat com-
parere coram potestate ad se excusandum ab inqsi-
tione contra eum formata occasione talis malefitij
nominando ipsum maleficium et nihilominus cedu-
lam continentem tenorem inquisitionis formatę con-
tra illum talem cum termino ad se excusandum ab
inquisitione predicta affixam in portam castri predicti
seu palatij dicti comunis adeo quod unicuiq; pateat
euidenter et si talis citatus comparuerit et se ex-
cusauerit et excusare uoluerit a dicta inquisitio-
ne contra eum formata audiatur et scribatur sua
excusatio et nihilominus custodiatur in carceribus
dicti comunis adeo quod fugam non possit accipere
donec ueritas talis commissi malefitij fuerit reper-
ta et si legitime probauerit infra dictum terminu
dictum maleficium non commisisse aut ad sui cor-
poris defensam fecisse ut predicitur ad absolutione

modo predicto procedatur. si vero contra eum proba-
tum fuerit puniatur ut supradictum est. si vero in di-
ctum terminum non comparuerit sed contumax fue-
rit elapso dicto termino de dicto castro et eius districtu
exbanniatur et condemnetur adeo quod si ullo umquam tem-
pore in fortiam dicti communis pervenerit pena capitis
predicta puniatur et omnia sua bona mobilia et immo-
bilia camerario communis sponte dicto elapso termino applicentur
et idem intelligatur si quis mulierem interfecerit vel mu-
lier aliqua aliquem virum vel aliam mulierem interfecerit

De raptu mulierum et adulteriis incestu stupro et fornicatione cap°: VII°.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si quis mulierem
nuptam virginem vel viduam bone fame violenter seu
per vim carnaliter cognoverit pena capitis puniatur. et si quis pena sodomitarum
stuprum cum puero sive peccatum commiserit sodomiticum
si fuerit maior decem et octo annis pena a legibus statu-
ta puniatur. si vero nuptam mulierem invito marito
libidinis causa retinuerit pena centum florenorum auri
condemnetur. et si mulierem carnaliter cognoverit et non
retinuerit viginti florenorum auri pena condemnetur.

De pena furti cap°: VIII°.

58v

Item statuerunt et ordinauerunt quod si quis alicui rem aliquam ualoris uiginti solidorum uel ab inde infra furto subtraxerit condemnetur pro primo furto in libris decem denariorum a uiginti uero solidis supra usque in centum solidos si quis furatus fuerit pro primo furto in uiginti quinque libris denariorum condemnetur pro secundo in duplum et nihilominus pro quacumque quantitate quam furatus fuerit pro secundo furto fustigetur per castrum Jam et hoc facto detrudatur in carceribus communis de quibus non relaxetur donec condemnationem de eo factam soluerit qua soluta relaxetur et si talem condemnationem soluere non potuerit detineatur in iam dictis carceribus per unum mensem et deinde liberetur et expellatur a teritorio Jam, si uero a dicta quantitate centum solidorum supra quis furatus fuerit aut rem alteram furto subtraxerit usque in omnem quantitatem et summam pro primo furto in centum libris denariorum condemnetur pro secundo uero pena dupli puniatur et nihilominus sigilletur in fronte cum ferro igneo sculto ad insignia comunis Jam predicti in platea communis Jam et per dictum castrum fustigetur et deinde in carceribus reponatur et custodiatur donec condemnationem de eo factam soluerit et si talem condemnationem soluere non poterit detineatur in dictis carceribus sex mensibus continuis et postea

liberetur et expellatur de castro iam et eius districtu
nec ullo umquam tempore possit ad dictum castrum reverti nisi primo solverit condemnationem predictam, si quis vero tria furta aut plura commiserit in castro iam vel eius districtu aut alibi dummodo ultimum comiserit in castro vel teritorio predictis in quacumque summa vel quantitate fuerit, seu furta fuerit furcis laqueo suspendatur adeo quod anima de eius corpore separetur et in quolibet casuum predictorum talis furans ad restitutionem et satisfationem rei furate aut furto subtracte, teneatur; et possit etiam furans redimire fustigationem et bullatura solvendo penam duplicatam infra terminum unius mensis.

Pro tertio furto

De proditoribus et pena proditionem conmictentium cap.° IX.°

Item statuerunt et ordinaverunt quod si quis contra coeiam presentemque statum pacificum et tranquillum ac contra libertatem ecclesiasticam et comune Spoleti aliquem tractatum seu proditionem fecerit dando alicui domino vel magnati dominium castri predicti seu gentem inmictendo seu conducendo vel congregando intus castrum predictum vel eius districtum contra voluntate dicti communis et popularem statutam castri predicti proditionem comiserit propter quam castrum predictum seu

59v

particulares persone ad subiectionem et libertatem ... nationem modo aliquo peruenire possint penam irremissibilem capitis puniatur.

De uerbis iniuriosis et rempropetatis cap. X°.

Item statuerunt et ordinauerunt quod si aliqua persona re, properauerit alicui altere persone aliquam iniuriam factam se illatam sibi in eius persona uel persona patris matris filii fratris sororis patrui uel nepotis nominando seu declarando iniuriam pro qualibet uice in decem libris denariorum condemnetur si uero dixerit tu mentiris figholo de putana uel similia uerba seu aliqua alia uerba iniuriosa pro qualibet uice et quolibet uerbo in uiginti solidis denariorum condemnetur exceptis publicis meretricibus quibus si dicta essent aliqua uerba iniuriosa seu ipse inter se uel aliquibus hominibus aliqua iniuriosa uerba dixerint non teneatur ad penam si uero aliqua meretrix uel aliqua mala mulier alicui bone et honeste mulieri aliquod uerbum iniuriosum dixerit pro qualibet uice et quolibet uerbo in quatraginta solidos denariorum condemnetur et si dictam penam soluere non potuerit exbandiatur de castro iani et eius districtu de quo banno exire non possit nisi primo dictam penam cum effectu soluerit

60r

Q(uod) nullus turbet aliquem in aliqua tenuta seu possessione cap(itul)o XI.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si quis turbaverit aliquam tenutam seu possessionem alicuius rei quam possideret auctoritate curie tam ex primo quam ex secundo decreto pro quali vice puniatur in centum solidis denariorum cuius pene medietas sit comunis . . . et alia medietas ~~illius qui in tali tenuta molestaretur seu im . . .~~ si quis vero sua propria auctoritate vel temeritate intraverit tenutam bonorum alicuius in decem libris denariorum vice qualibet puniatur et in refectione expensarum et in relassatione tenute domino rei condemnetur si quis vero acceperit tenutam de aliqua terra seu possessione quam aliquis haberet ad laboritium licitum sit ipsi qui habet ad laboritium ipsam terram laborare donec laboritium completum fuerit secundum consuetudinem contrate dummodo de fructibus respondeat illi qui dictam terram haberet in tenutam.

De pena offendentium potestatem priores canc(ellariu)m cam(erariu)m et alios officiales co(mun)is cap(itul)o XII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque de castro . . . commiserit aliquod maleficium vel delictum dicto vel facto in personam potestatis, priorum, cancellarii, et camerarii et cuiuscumque officialis castri comunis iurisditionem habentis pro comuni tempore sui offitii seu syndicatus seu in personam alicuius officialis ipsius vel familiaris condem-

netur in duplo eius quo condemnari deberet ex forma sta-
tutorum loquentis de tali maleficio si terrigenam vel districtu-
alem dicti castri offendisset de quo ipse potestas cognoscere
possit et contra delinquentes procedere, punire, et condem-
nare secundum formam statutorum dicti comunis et iu-
ris comunis ubi statuta non loquerentur aliquo capitulo
statuti non obstante quod contrarium modo aliquo loque-
retur et quicquid cognoscendo, puniendo, condemnando
factum fuerit valeat et teneat forenses vero in duplo
quam terrigene si offenderent invicem qualiter condemnetur dum-
modo via ordinaria in predictis procedat.

De pena offendentium parentes vel alios consan-ginneos cap.^o XIII°

tem statuerunt et ordinaverunt quod quicumque offenderet
seu dicto vel facto patrem vel matrem seu aliquem
alium consanguineum vel affinem ex recta linea usque
in tertium gradum capiatur et capi debeat per familiam
potestatis dicti castri ad petitionem iniuriati et incar-
ceribus comunis detineatur donec de eo fiet condemna-
tio, et condemnetur in penis in statuto dicti comunis de
tali maleficio vel delicto loquente contentis quam condem-
nationem cum effectu solvere teneatur.

¶ De pena forensium offendentis terrigenam uel districtualem castri Iani cap.° XIIII.°

55.

61r

Item statuerunt et ordinauerunt quod si aliquis forensis offenderet terrigenam uel districtualem dicti castri seu iniuriam aliquam inferret dicto uel facto in castro iani uel eius districtu, condemnetur in duplum quantitatis contente in statuto loquente de tali maleficio inter homines de iano commissum, quicumque uero de castro uel districtu Iani tali offensione uel [illegible] interesset, teneatur et debeat talem offendentem capere et in fortiam comunis mictere, si uero terrigena talem forensem ad talem maleficium conmictendum associaret seu auxilium consilium uel fauorem prestaret, eadem pena puniatur, quicumque uero talem maleficium forensem commictentem ceperit, si presens fuerit seu non impediuerit, uel captum non representauerit, in decem libris denariorum [illegible] uice qualibet puniatur, si uero talis forensis intraret in aliqua domo de iano, et in ea receptaretur in castro seu districtu iani, ille cuius fuerit domus teneatur et debeat illum talem forensem capere et captum ducere in fortiam comunis [illegible] mictere et si contrafecerit, in decem libris denariorum condemnetur, si uero aliquis de aliqua domo proiecerit lapides uel balistas [illegible] propter quod status pacificus dicti castri periculum aliquod [illegible] comuni talis domus funditus destruatur, et si quis lapides proiecerit uel balistra[illegible] xl libris denariorum condemnetur.

61 v

De penis duplicandis cap.º XV.º

Item statuerunt et ordinauerunt quod si quis comiserit aliq(uod) maleficium dicto uel facto contra aliquam personam cora(m) potestate in die paschatis resurrectionis cum duobus diebus diebus immediate sequentibus. In die festo natiuitatis d(omi)ni cum duobus diebus sequentibus, In die paschatis pentecostes cum duobus diebus sequentibus dictum pascha in diebus dominicis in festiuitatibus gloriosissime semper uirginis marie in platea et palatio comunis Jani in aliquo concilio spetiali siue generali dicti comunis in qualibet ecclesia dicti castri in die ueneris sancti in festo sancti agli de mense maij et sancti antonij de mense Januarij et de nocte et intelligatur nox a sono campane comunis Jani que pulsatur de sero primo sono ne quis uadat per dictum castrum sine lumine usque ad sonum campane sancti agli que pulsatur de mane ad laudem in duplo eius quo condemnari deberet per formam statuti dicti comunis loquentis de tali maleficio condemnetur, si uero aliquis forensis offenderet dicto uel facto aliquem terrigenam in dictis locis de die uel de nocte in quatruplo dictarum penarum in ce qualibet puniatur et in quolibet casuum predictorum duplicato siue quatruplicato penarum locum habeat in dictis casibus in castro Jani tantum In destrictu uero dicti castri locum habeat duplicatio et quatruplicatio penarum in maleficijs, iniurijs et offensis factis illatis uel comissis cora(m)

forenses in quatruplo condemnentur [illegible]

620v

De pena maledicentum seu blassemantium deum vel sanctos eius cap.o XVIII.o

Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque maledixerit seu blassemauerit omnipotentem deum dominum nostrum Jesu xp̄m Gloriosissimam semper uirginem mariam soluat nomine pene quinque libris denariorum pro quolibet et uice qualibet et similiter si per anum anum priapum uel uuluam dn̄i nostri iesu xp̄i uel eius matris quis in uilipendium nominauerit penam decem solidorum uice qualibet puniatur, si uero per corpus uel sanguinem uel aliud membrum domini uel eius matris quis Jurauerit pena quinque solidorum pro qualibet uice puniatur. si quis uero aliquem alium sanctum dei blassemauerit uel maledixerit puniatur uice quali in quadraginta solidis denariorum et si Jurauerit per aliquem sanctum uel sanctam aut aliud membrum in quinque solidis denariorum si quis autem dixerit deslando sia dio uel aliquo alio sancto non aliter blassemando in decem solidis denariorum puniatur et cuilibet sit licitum quemlibet delinquentem in predictis denuntiare et accusare et talis accusatio habeatur pro plena probatione in predictis et habeat talis accusans quartam partem dictarum penarum et eius nomen teneatur secretum.

De pena feneratorum uel fenerantium cap.o XIX.o

A olentes extirpare pravam avaritiam feneratorum et
usuras exercentium statuerunt et ordinaverunt pro bo-
no statu dicti comunis quod nullus de castro iani vel eius
districtu vel habitans in predictis locis possit per se vel alium
aliquo quesito colore mutuare alicui ad usuras in castro ia-
ni vel eius districtu ad penam centum librarum denariorum
pro qualibet vice et nihilominus ad restitutionem pecunie
usurarie condemnetur et constringatur et potestas qui pro
tempore fuerit possit teneatur et debeat contra tales deli-
nquentes per inquisitionem, denuntiationem, et accusationem
procedere et repertos culpabiles punire et condemnare
in penis supra statutis et ordinatis. et cuilibet liceat accu-
sare et habeat quartam partem dicte pene et eius nomen
teneatur secretum, volentes insuper quod nullus notarius
de castro iani, eiusque districtus vel aliunde in dicto castro
et suo territorio possit tales contractus usurarios conficere
nec ex tali usuraria contractione possit rogari neque testis
aliquis presens interesse alicui mutationi seu contractio-
ni predicte pena cuilibet contrafacienti decem librarum
denariorum in quam debeat condemnari et ad predicta
probanda sufficiat dictum duorum testium deponentium
de visu.

De pena ludentium ad taxillos et alios ludos vetitos cap.° XX°:

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona in castro iani vel eius districtu audeat vel presumat luder ad aliquod ludum taxillorum, lupinorum, lunaghetar, vel similium in quo ludo vincatur vel perdatur denary et qui contrafecerit solvat vice qualibs libras tres denariorum si de die, si de nocte duplum. si vero in aliqua domo fieret talis ludus sciente, consentiente domino et patrono ipsius domus sive conductore et eiusdem habitatore dictus dns sive conductor et habitator dicte domus dicta pena puniatur et cuilibs sit licitum denuntiare et accusare contrafacientes et habeat quartam partem banni et eius nomen teneatur secretum cuius denuntiationi stetur cum sacramento unius testis bone fame: teneatur et potestas inquirere et investigare et stetur et credatur inventioni per ipsum potestate facte absq, aliqua alia probatione et repertos culpabiles puniri in dictis penis quarum penarum quarta pars sit potestatis qui invenerit ludentes per inventionem sive per Inquisitionem, et executionem fecerit, et alia quarta accusatoris et alie due partes sint comunis potestas vero dicti comunis non ludat ad aliquem ludum predictorum cum aliquo castellano, nec aliquis castellanus ad penam viginti solidorum pro quolibs et

et vice qualibet volentes etiam quod nullus de castro
iami audeat vel presumat ludere ad ludum alearum
vel cartarum in quo denarios incanuerint vel perdant
ad penam viginti solidorum pro quolibet et vice qualibet
de die, si vero de nocte duplum.

Quod potestas possit ponere malefactores ad tortuream quando probatum fuerit delictum per unum testem de visu cap. XXI°.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si quis comiserit
aliquod maleficium vel delictum in castro iami vel eius
districtu et tale maleficium probatum fuerit per unum
testem de visu et bone fame quod potestas possit teneatur
et debeat illum talem contra quem probatum esset co-
gere et compellere ad confitendum tale maleficium
vel delictum aliquo capitulo vel iure in contrarium non
obstante, si vero ille talis contra quem ut dictum est
maleficium probatum fuerit venire recusaverit coram
potestate habeatur pro legitima confessione et convicto et
sufficiat solummodo probatio unius testis ut supra et
si fideiussores non dederit exbandiatur de castro iami
et eius destrictu donec comparuerit et fideiussores
dederit alias remaneat exbannitus elapso termino

64 v

in dicto banno asignato et tunc potestas possit ad condemna
tionem procedi contra dictum eodem contumacia nõ obsta
nte / Addẽtes qđ ubi loqt̃ d̃ uno teste sit sm̃ forãm Juris

De pena exchentium terminos et mittentes propia temeritate cap°: XXII°:

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona de castro iam vel eius districtu audeat vel presumat aliquẽ terminum extrahere et si aliquis propia auctoritate seu temeritate et sine licentia officialis et convicini extrasserit seu admoverit aliquem terminum seu terminos vel semitam inter possessionem suam et possessionem alterius convicini sue possessionis in centũ solidos denariorum condemnetur et nihilominus talis terminus vel semyta sic amotus vel amota in statu pristino reponatur. Item eadem pena puniatur si quis aliquẽ terminũ immiserit auctoritate propia absq; licentia potestatis et requisitione talis convicini possessionis, quicumq; vero inter possessionem suam et possessionem sui convicini, q possessiones contigue essent et inter eas non essent termini vel semite faceret foveam, murum, vel sepem seu inter ipas possessiones essent aliquę arbores et nascerentur in cuius

possessione essent, et amouerentur siue incidarentur sine licentia sui conuicini uel anteq, inter eos esset de terminis et semitis deffinitum eadem pena puniatur et dannú emendet passú. Dicentes et quod nulla persona laboret prope aliquem terminum siue semitam ad pedem manus ad penam quatraginta solidorum denariorum pro quolibz et qualz uice si manualiter laborauerit tantum. cum bobus non teneatur ad penam.

Notar

si qs laborauerit ...

Quod nullus contendat de partibus capº: XXIIIº.

Item statuerunt et ordinauerunt quod nulla persona de castro iam uel eius districtu aut aliunde tante temeritatis excistat quod in dicto castro uel eius districtu audeat uel presumat contemnere seu contemtionenem facere clamorem uel rumorem de parte seu occasione partis guesphe uel gebbiline et qui contrafecerit nominando partem aliquem predictarum in quatraginta solidis denariorum uice qualibz puniatur quam penam potestas a contrafaciente auferre teneatur de facto et cuilibz sit licitum contrafacientes denumtiare et accusare et habeat quartam partem ...

men eius teneatur secreto:/

De pena portantium arma cap.° XXIIII.°

Item statuerunt et ordinauerunt quod nullus per ca
strum iam portet uel portare uaseat publice uel ocul
te cultellum malitiosum seu feritorium ensem sponto
nem lanceam, seu mandariam uel aliquod aliud ge
nus armorum offendibilium uel defendibilium preterquam
tempore rumoris et qui contrafecerit si de die in qua
traginta solidos denariorum puniatur et condemnet
si uero de nocte in duplum uice qualibet puniatur
pro quolibet genere armorum offendibilium. pro quo
libet uero genere armorum defendibilium in dimidium
dicte pene, pro quatrellitio uero passatorio in quinque
libris denariorum puniatur, si quis uero inuentus
fuerit portare cultellum cum puncta longitudinis
unius palmi computando manico de facto puniat
in uiginti solidis denariorum et punta dicti cultelli
rumpatur liceat tantum unicuique in eundo uel
redeundo extra castrum iam portare arma offen
dibilia dummodo palam ligatam portaret sine cu
inpiza, Castellani uero possint inpune arma et fer

ramenta quecumque portare sine inpizza et non ligata a domo propia per rectum iter ad ianuam comunis et redire ab extra ad propiam domum per caſtrum cum ferramentis aptis ad laborandū et exercendum artem lignaminis, et poteſtas vadat sepe sepius pro dictis armis inveniendis quotiens opus fuerit et ſibi videbitur de quorum armorum inventione ſtetur et credatur relationi sue et nichilominus sit ſecretum et habeat quartam partem banni, in omnibus ſupradictis caſibus de nocte duplicent:

Moderates qd portares arma defendibilia sive offendibilia quecumque non vadat de a pena si non portaverit defendibilia [illegible] dupli.

De pena proicientium lapides ad domum alterius cap.º XXIIIII:

Item ſtatuerunt et ordinaverunt quod nulla perſona de c[illegible] vel eius diſtrictu sive aliunde audeat modo aliquo vel queſito colore proicere aliquem lapidem vel lapides ad domum alicuius ad penam quadraginta ſolidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice et liceat cuilibet contrafacientes denumptiare et accuſare et habeat quartam partem banni.

De pena non probantis accusam cap.º XXVI

66v

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque accusaverit aliquam personam de aliquo maleficio et non probaverit ipsam accusationem puniatur eadem pena qua puniendus esset ille quem accusaverit si maleficium de quo accusavit non probasset:/

De pena intrantis vel exeuntis aliunde quam per portam castri iani cap.º XXVII:

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona de castro iani vel eius districtu vel aliunde audeat vel presumat intrare dictum castrum vel exire aliunde quam per portam ipsius castri ad penam viginti quinque librarum denariorum si fuerit de die si de nocte pena duplicetur et cuilibet liceat accusare et denuntiare contrafacientem et eius accusationi credatur cum uno teste bone fame et fidedigno et eius nomen teneatur secretum et habeat quartam partem banni:/

De pena facientis congregationem seu adunantiam cap.º XXVIII:

Item ordinaverunt et statuerunt quod nulla persona faciat adunantiam seu congregationem aliquam vel

in ipsa esse vel stare publice vel occulte in qua fiat aliquod vel tractetur de offitio vel statu dicti castri sine licentia presentia et consensu dominorum priorum dicti castri ad penam decem librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice cuius pene medietas sit comunis Jani et alia medietas sit Camere magnifice Civitatis spoleti.

De cogendis inimicitijs ad treguam cap°: XXIX°:

Item statuerunt et ordinaverunt quod si inter aliquas personas castri Jani esset inimicitia odium sive discordia seu in posterum oriretur aliqua occasione vel causa, potestas dicti castri qui pro tempore fuerit teneatur et debeat et pro posse compellere tales personas discordes seu inimicas in palatio dicti comunis et alibi prout sibi videbitur et si recusaverint facere treguam et eos insimul pacificari facere et quicumque noluerit potestati obedire de facto cogatur solvere quinque libras denariorum nomine pene et nihilominus treguam facere compellatur et si potestas quando fuerit requisitus fuerit negligens in predictis solvat de suo salario quinque libras denariorum.

De pena exeuntis de carceribus sine licentia Domini potestatis et cancellarij cap°: XXX

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod ſi quis miſſus fue-
rit in carceribus communis seu in ipsis carceribus deti-
neatur mandato domini poteſtatis seu cancellarij dicti
caſtri pro aliquo maleficio exceſſu uel delicto seu dã-
no dato uel alia quacumq; cã et ille talis detentus in
dictis carceribus exiret et carceres frangeret sine
licentia domini poteſtatis uel cancellarij soluat nomi-
ne penę libras uigintiquinq; denariorum. et si aliqua
pars palatij uel cancellarię per supradictum poteſtatẽ
uel cancellarium aſſignaretur alicui pro carcere et
prętiperetur eidem quod ex ea non diſcedat et si talis di-
ſcederet absq; licentia predictorum poteſtatis et cancellarij
in dictam penam uigintiquinq; librarum incurrat pro qua-
libet uice ac si fragiſſent carceres reputetur de facto contra-
facienti auferendam. et si quis e dictis carceribus exiret
culpa ſeu defectu poteſtatis uel cancellarij teneantur soluer[e]
totum illud ad quod teneretur talis carceratus aufugies.

Nota capitulum [illegible] de [illegible]

Moderãtes qd in d. d. nõ possit imponi pena nisi unius libr. den. Et in quol. p̃dcorum casuum potas [illegible] com. teneat [illegible] quantitas pen[e] [illegible] restis.

Q(uod) condemnationes a .v. ãnis retro debeant per poteſtatem exequi cap°: XXXXI°

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod poteſtas dicti caſtri
qui pro tempore fuerit teneatur et debeat uinculo iu-

ramenti et ad penam decem librarum denariorum de suo salario excomputandarum si secus fecerit exigere cum effectu modis omnibus quibus potuerit omnes et singlas condemnationes factas a quinque annis citra in quibus essent fideiussores dati et alias si de bonis condemnatorum si reperiuntur et condemnationes quas ipse fecerit suo tempore tales condemnationes non exacte in suo salario debeant compensari si aliquo modo dicte condemnationes exigi possent alias non.

De pena accipientium pedagium in districtu iani cap.o XXXII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona de castro iani uel eius districtu uel aliunde audeat uel presumat in castro iani uel eius districtu pedagium alicui persone accipere uel accipi facere et qui contrafecerit in decem libris denariorum condemnetur si infra tres dies proxime secuturos dictum pedagium non restituerit passagerio et quicumque illum talem assotiaverit seu auxilium consilium et fauorem prestiterit eidem in accipiendo pedagium predictum eadem pena puniatur et totum illud quod acceperit restituere teneatur dicto passagerio infra dictum

terminum trium dierū ut supradictum est

De pena aceptantium et assotiantiū exbannitos et maleficia cōmittentes cap.° XXXIII.°

Item statuerūt et ordinauerunt quod nulla persona de ca-
stro iani uel eius districtu audeat uel presumat rece-
ptare nec stare uel morari permictat in domo propia
uel conducta seu grat concessa aliquem exbannitum
communis Jani pro aliquo maleficio, et qui contrafecerit
in decem libris denariorum pro quolib. exbannito recepto
et uice qualibȝ puniatur, et si aliquis aliquem exbannitū
comunis iani assotiauerit per dictum castrum uel eius
territorium aut cum eo comederit uel biberit soluat noīe
penę uigintiquinq. libras denariorum pro quolibȝ exbā-
nito et uice qualib. et cuilibȝ persone sit licitum quascuq.
exbannitos dicti communis capere et in fortiam curię
communis ducere et mittere et si quis exbannitus non
permitteret se capi, liceat cuilib. eum impune offendere
et cuilibȝ personę sit licitum contrafacientes in predictis
et quolib. predictorum accusare et denumptiare contra
facientes et habeat quartam partem penę uel banni
et eius nomen tenebitur secretum et eius denumtiationi

credatur cum uno teste bone fame ad probandu. Dicentes et q(uod)
quicumq(ue) assotiauerit aliquem ad committendum aliquod malefi,
cium in castro iami uel eius districtu, seu ad tale maleficium comit,
tendum auxilium uel fauorem dederit in dimidia pena in qua
principalis delinquens seu maleficium comittens secundum forma
statutorum loquentis de tali maleficio puniri debeat et penitus
condemnetur:/

De modo seruando q(ua)n(d)o gens transieret per teri- torium castri iami cap(itul)o:- XXXIIII:

Item statuerunt et ordinauerunt quod si aliquo tempore gens aliqua
ueniret uersus castrum Iami pro cuius aduentu status pacificus
dicti castri quomodol(ibe)t turbaretur seu turbari possit omnes et sin
guli homines locorum per que talis gens transitum faceret tene
antur et debeant gridare et rumorem eleuare itaquod homi
nes castri iami sentiant rumorem et possint se defendere et di
ctam gentem pro posse capere et ei obuiare, si uero quis contra
fecerit in uigintiquinq(ue) libris denariorum condemnetur:/

De publicis Rapinis cap(itul)o: XXXV:

Item statuerunt et ordinauerunt quia nisi iustitia [illegible] rabient[illegible]
[illegible]

refrenaret effrenus quilibȝ suis nequicijs raptum iri contra mi-
nus potentem publice mtereretur. volentes itaqȝ malis huiusmo-
di equam adhibere medelam hac presenti lege firmamus quod
si quis tante temeritatis extiterit quod alicui rem valoris et
extimationis decem solidorum vel abinde .s. raptu publico ab-
stulerit vel robbaverit in penam decem librarum condemnetur
si vero quis abstulerit rapuerit vel derobbaverit aliquem in qua-
cumqȝ quantitate a decem solidis supra usqȝ in centum solidos
in penam centum librarum denariorum condemnetur et
nihilominus ad restitutionem rei derobbate cogatur et compel-
latur et abinde vero supra si quis derobbaverit vel publice ab-
stulerit per gulam furcis et laqueo ut publicus raptor penitus sub-
spendatur:/

De pena comittentium assasinationem capº: XXXVIº:

Item statuerunt et ordinaverunt quod si quis ad instantiam ali-
cuius lucri causa maleficium aliquod commiserit contra ali-
quem pena dupli puniatur in qua puniendus esset si ex se
ipso maleficium commiserit et si homicidium in tali assasione
commiserit ad caudam asine extrarinetur usqȝ ad locum Justi-
tie et ibi laqueo suspendatur et eadem pena puniri volunt
illum ad cuius instantiam aliquis assasinatus fuerit sine

mortuus

De pena conmictentium incendium capitulo XXXVII:

I tem statuerunt et ordinauerunt quod si aliquis in castro Jam uel eius teritorio cuiuscumque status et conditionis existat studiose uel appensate aut per inaduertentiam incendium aliquod comiserit in edem aliquam et cassinam seu cappandam conbusserit seu igneis flammis tradiderit ex quo domus uel cappanna in totum uel in partem consumpta fuerit pena centum librarum denariorum condemnetur si studiose factum fuisset de domo et ad restitutionem danni dannum passo, pro cappanda uero uel cassina studiose combusta in libris uigintiquinque denariorum condemnetur si uero per aduertentiam et non studiose teneatur tantum ad emendationem et similiter dicunt de domo per induertentiam conbusta, quam condemnationem si soluere non potuerit detineatur in carceribus dicti communis per annum et abinde per castrum iami fustigetur et expellatur de castro et teritorio predicto

De condemnationibus dupliciter scribendis cap. XXXVIII.

V olentes autem condemnatorum et aliorum quorumcumque maleficiorum

gnorum malitijs obuiare ad hoc ut eorum condemnationes nullo
modo valeant occultari presenti lege statuerunt et ordinave-
runt ad hoc ut maleficia non transeant impunita, quod potestas
castri iam qui pro tempore fuerit vinculo iuramenti ad pena
decem librarum denariorum de suo salario teneatur et debeat
omnes condemnationes et sententias criminales per ipsum fe-
rendas facere duplicatas et ipas sententias et condemnationes
in duobus libris similes et concordes scribere et scribi facere ita
quod eis nullus error appareat vel reperiri possit, quas condem-
nationes potestas qui pro tempore fuerit debeat legere pulsata
campana comunis secundum consuetudinem hactenus conser-
vatam, et quorum librorum unus legatur per potestatem et penes
ipsum remaneat et alter auscultetur per cancellarium dicti co-
munis et penes ipsum cancellarium remaneat in cancellaria
comunis quem nemini dare debeat sine licentia priorum dicti
castri, et quod dicte condemnationes cancellentur per cancella-
rium dicti comunis et non per potestatem factis prius solutio-
nibus ipsarum camerario dicti comunis, Dicentes et quod po-
testas dicti castri durante dicto suo officio non possit nec de-
beat de aliquibus scripturis quas fecerit in comuni tam de
scripturis comunis quam et spetialium personarum aliquid reci-
pere ab aliqua persona. omnes vero scripture que ad eius lib-
rum ordinate scribere et mittere clare, aperte et distincte tam
in civilibus quam in criminalibus causis et tam in scripturis co(mun)is

q[uibus] et spetialium personarum sine aliquo pretio uel salario recipien[di]
ex inde ad penam quinq[ue] librarum denariorum de suo salario
retinendarum q[uod] intelligatur de salario prime petitionis tantum
iuxta stilum et consuetudinem :·

Q[uod] q[ui]l[ibet] te[m]pore rumoris pulzata campana co[mun]is ad martellum debeat armatus se coram d[omi]no pot[estat]e et priorib[us] presentare cap[itulum] XXXIX

Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumq[ue] casus accideret quod campana comunis pulzaretur ad martellum occasione alicuius rumoris quod absit pro subcurso habendo quod omnes et singuli homines dicti castri et eius districtu a quatuordecim a[n]nis supra armati cum omnibus eorum armis accedere et uenire teneantur coram d[omi]no Potestate et dominis Prioribus dicti castri presentare et eisdem obedire in omnibus que eis preceperint pro conseruatione status pacifici dicti castri et qui contrafecerit no[n] obediendo in his q[ue] preceperint potestas et priores in quatraginta libris denariorum comuni [solui] pro quolib[et] et qualib[et] uice puniatur, et si per potestatem aut aliquem alium officialem occasione predicta mandaretur alicui, q[uod] dictam campanam pulzaret et ille talis hoc facere recusaret in eadem pena puniatur, et eade[m] pena teneatur quicumq[ue] aliquod impedimentum prestiterit in predictis, et si quis sonauerit campanam ad martellum sine licen[tia]

tia potestatis et priorum incurrat penam uigintiquinq librarum denariorum /

Quod mulieres recipiantur in testimonium a .12. anis supra et simil(ite)r masculi cap(itul)o: XXXX:

Item statuerunt et ordinauerunt quod mulieres bone conditionis et fame admictantur et recipiantur et admitti et recipi debeat deinceps in curia castri iam per potestatem dicti castri in crimi- nalibus ad testimonium perhibendum uti admictuntur masculi bone conditionis et fame lege aliqua non obstante et predicta locum habeant tam in mulieribus q(uam) in masculis maioribus duo- decim annis et non minoribus /

De pena periury cap(itul)o: XXXXI:

Ad auferendam materiam ne quis se suaq animam crimine periury interimat statuerunt et ordinauerunt quod quicumq tante temeritatis extiterit qui corporali habito sacramento ma- nu tactis scripturis ad delationem potestatis seu cancellary et alterius cuiuscumq offitialis dicti castri ueritatem falsam esse dixerit uel negauerit, et falsum pro ueritate probare presum- pserit in ciuilibus et criminalibus causis et alys quibuscumq et ibi per duos testes idoneos et fide dignos uel per publicum documen-

tum contrarium fuerit reprobatum in penam centum solidorum in
currere volunt, quam de facto potestas sive camerarius exigere
teneantur nullo sibi benefitio reservato.

De non edificando aliquo fortillitium sive oppidum in teritorio castri Sami cap.° XXXXXII.°

Item statuerunt et ordinaverunt quod nullus cuiuscumque conditio
nis vel status existat sit tante temeritatis quod suo temerario
motu audeat vel presumat modo aliquo vel quocumque quesito
colore fabricare seu fabricari vel edificari facere in teritorio castri
et districtu eius aliquod fortilitium seu oppidum et qui contra
fecerit condemnetur et condemnari debeat per potestatem in
quingentis libris denariorum pro quolibet contrafaciente et vice
qualibet et nihilominus commune predicti castri Sami si quid constru
ctum fuerit vel edificatum occasione dicti fortillitii vel oppidi
in dicto districtu debeat de facto funditus evellere et ad ruina
ponere et si talis qui construxerit seu construere ceperit dictum
fortillitium vel oppidum non fuerit abilis ad solvendum condem
nationem de eo factam seu cogi non poterit per eumdem dominum
num potestatem vigore et auctoritate presentis statuti banniatur
et in banno ponatur de comuni predicto adeo quod si ullo umquam
tempore in forciam dicti comunis pervenerit in carceribus dicti

[illegible]undatur de quibus non relassetur donec dictam condemnatione
de eo factam solverit et satisfecerit nisi secum vel aliud in gene,
rali concilio totius communis et hominum dicti castri fuerit deli
beratum pro evidenti utilitate et bono dicti communis ac obten,
tum per duas partes hominum in dicto concilio generali existen,
tium.

Quod pene homicidij, furti, Incendij, adulterij, et rapine
aplicentur cōmunitati spoleti cap. XXXXIII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod omnes penę impositę tam per
formam statuti q. constitutionum et iuris cōmunis pro homici,
dijs, furtis, incendijs, rapinis, et adulterijs aplicentur et applicatę
intelligantur comunitati spoleti, cetere autem poenę pro medieta,
te applicentur comunitati castri ioni, et pro alia medietate cōmu,
nitati spoleti, et potestati, prout per dictam cōmunitatem spo.
determinabitur

Qd snie cōdenatr̃ p̃ sꝑantes exeq nō possit cap. xxxxiiii.

It statuerūt et reformaverūt qd potas et qlz alius officialis dci castri
teneat et debeat sub pena x. libraꝝ d suo salaꝝ retinedaꝝ quelibet
processu maleficioꝝ intra mēse [illegible] notitie cōputan p̃ diffinitiua
sniam expedivit sm forma [illegible] in pnti libo sub cap. iij data. Sed
ad cohibenda nimis affectata iudicū proprietatē hac pnti lege
[illegible] valitura firmarūt qd potas qnd eius officiales q snias
cōdēnatorias protulerit, illas nisi p via cōpositionis, exequi
[illegible]

Sed eorum in officio subcessores possit
ac valeat statim post susceptum eorum officii iuramentum contra dictos sup(radi)c-
tos condemnatos reali vel personali exequi secundum formam ipsarum sententiarum
et tenoris. Quod capitaneus locum non habeat contra forenses
et in casibus a Mag(nifi)ca comitate Spoleti reservatis, et in ma-
leficiis coram domino potestate vel eius curia commissis, et minus contra
inobedientes vel curie non respondentes: contra quos omnes supradictos singulos
sequi possit formam aliorum capitulorum in presenti volumine statutorum ex-
pressa:

73v

·INCIPIT· IIII· LIBER·
·EX ORDINARIORUM·

De lampadibus accendendis in Palatio comunis castri iani cap.° I

Volentes saluti et statui pacifico castri iani salubriter prouidere ad hoc ut huius castri populus in cunctis petitionibus suis et supplicibus orationibus uoti compos efficiatur, Ad honorem omnipotentis dei et gloriosissime marie semper uirginis statuerunt et ordinauerunt quod quilibet camerarius comunis castri predicti qui pro tempore fuerit teneatur et debeat toto tempore sui offitii expensis comunis prouidere quod lampas existens in capella palatii comunis ante figuram prefate gloriosissime uirginis noctis tempore ipsa stet accensa ad penam quinque librarum denariorum de facto camerario predicto auferendarum pro qualibet uice qua contrafecerit.

De pena euntis de nocte post tertium sonum campane cap.° II.

Item statuerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat uel presumat ire de nocte per castrum iani post tertium sonum campane comunis que pulzatur de sero, sine lumine absque licentia potestatis dicti castri ad penam quinque solidorum denariorum a contrafaciente de facto auferendorum exceptis personis et hominibus male conditionis uite et fame qui uel

74r

que cum lumine vel sine ire nõ possint, et si invenirentur ducantur ad palatium dicti comunis et ibi detineantur et non relaxentur donec mane publice bannitum fuerit in scalis palatij cõmunis et per castrum iam quod si alicui aliquod ipsa nocte fuerit furatus vel furtas subtractum compareat coram potestate et si aliter non probaretur presumatur ipsos tales homines et personas tale furtum cõmisisse de quo puniri debeant et nihilominus compellantur de facto ad emendationem dicti furti et ad solvendum penam pro tali inventione et donec omnia predicta nullo modo debeant relaxari, cuilibz tamen persone bone fame licitum sit de nocte stare extra domum suam et prope ipsam domum per tres domos cum lumine sine igne apparenti et aliter non ad penam predictam:

De modo et ordine renovandi caput decinas et de pena custodum omittentium facerẽ custodiam capº: IIIº:

Item statuerunt et ordinaverunt quod per dominos priores et consilium speciale dicti castri eligantur dui boni homines de dicto castro quotienscumqz fuerit necessarium et oportunum qui sic electi habeant renovare caput decinas custodum dicti castri et in ipsis caput decimis ponere et addere oẽs et singulos homines a quatuordecim annis supra de quorum

quate ſtetur et plena fides adhibeatur iuramento parentium uel
proximiorum consanguineorum deficientibus parentibus et
quicumque fuerit ſcriptus et poſitus in libro cuſtodum dicti caſtri
teneantur et debeant facere cuſtodiam diurnam et nocturnã
quicumque uerò dictam cuſtodiam facere neglexerit puniatur
per poteſtatem pro qualibet uice qua de die non fuerit repertus
facere cuſtodiam in ſex denarios, ſi uero de nocte poſt sonũ
campane que pulzatur de ſero pro cuſtodijs in denarios duo
decim. pro cuſtodia uerò diurna omiſſa et non facta puniatur
pena quinque ſolidorum pro cuſtodia uerò nocturna non fa
cta in duplo puniatur, et hoc locum habent ſi talis omittens
ſteterit in caſtro iam uel eius diſtrictu, et ſi extra dictum di
ſtrictum ſteterit pro qualibet cuſtodia non facta tam diurna
quam nocturna ſi ad minus uno menſe ſteterit in ſolidos qua
tuor puniatur, ſi per unum menſem uel ultra ſteterit ſoluat pro
quolibet menſe bonenenos tres, ſi quis autem nocturno tempo
re ad cuſtodiam iuerit et poteſtas custodum, et inde abſque licentia
poteſtatis ante ſonum campane, quę pulſatur de mane, receſſe
rit in uiginti ſolidis denariorum puniatur ſi uerò ad dictas po
ſtas repertus fuerit dormire et ad portas ſoluat pro qualibet ui
ce denarios ſex:

75v

Quod septuagenarii non teneantur ad obsequia personalia cap°. IIII°.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque peteret se exo-
nerari de custodia et aliis obsequiis personalibus et iuraverit /
ad sancta Dei evangelia se esse etatis septuaginta annorum
vel plurium per potestatem cassetur de libro custodiam et de
certo non gravetur ad dictam custodiam faciendam neque ad
alia obsequia personalia in dicto communi prestanda:/

De mensuris adiustandis et sigillandis capitulo IIIII°.

Item statuerunt et ordinaverunt quod omnes et singule men-
sure, grani, olei, salis bilance etiam et pondera, ac statera
cum quibus aliquid venditur seu venderetur ad minutum
in castro seu districtu iam adiustari debeant ad pondus et
mensuram Spoleti, que mensure fieri debeant et haberi in com(uni)
predicto expensis communis predicti ad quas alique mensur(e)
pondera et vasa debeant adiustari et sigillare sigillo commu-
nis vel rectoris cuiuslibet cum cera in una cannutia aper-
ta maxime vasis cum aliquis vendere voluerit vinum ole-
um aut mel ad minutum bilancie vero pondera et state-
ra ut supra adiustari debent et revideri semel singulis sex
mensibus et ad hoc ut melius predicta banniri faciat per
castrum iam quod quilibet vendens carnes, vinum, sal

uel aliud ad minutu ad pondus uel mensuram debeat infra octo
dies a die bannimenti dicto potestati deferre et aportare bi-
lancias, pondera, stateras, et alias quascumq; mensuras et ad
instari facere et sigillari cum sigillo ad arma communis uel
rectoris, et potestas infra unum mensem fieri faciat bulletta
seu stanpam ad arma communis uel rectoris expensis commu-
nis cum quibus sigillari possint predicta, quicumq; uero reper-
tus fuerit uendere aliquid cum bilancijs, ponderibus, staterijs
uasis et alijs quibuscumq; mensuris non adinstatis uel sigil-
latis ut premittitur pena decem solidorum pro qualibz uice,
et quolibz pondere uel mensura de facto puniatur, quicumq;
autem uendiderit, uinum ad minutum habere debeat et
tenere, in eius taberna, petictum, medium petictum, tertiu
petictum, foghiettam modo predicto adinstatas et sigillatas
ut supra et uinum uendere cum dictis mensuris omnibus
emere uolentibus et dicta uasa implere usq; ad summum
obtenta tamen prius licentia a Dno Potestate et prioribus
dicti castri et in scriptis habita et ipsius sigillo sigillata
continente pro toto pretio uinum uendi debeat adeoq; nulli
uendere possit pro maiori uel minori pretio q in dicta lice-
tia contineatur et qui contrafecerit in predictis uel aliquo pre-
dictorum eadem pena puniatur et predictus potestas inquirer

debeat semel in edogmata et plus, si et quotiens ei videbitur et placebit et repertos culpabiles de predictis punire, et cuilibet liceat contrafacientes accusare et habeat quartam banni et eius nomen teneatur secretum et si potestas fuerit negligens in inquirendo pro predictis pena decem librarum denariorum puniatur:/ Moderates qd oia singula supdca possit et sine licentia dcor dni potatis Priom uendi emi dumo sit mesur iuste sigillate.

De macellariis et ipsorum obligatione et de modo vendendi carnes ad minutum cap.° VI.°

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque voluerit vendere carnes recentes ad minutum eas macellare in castro iam in termino bannimenti ex parte potestatis fiendi venire et comparere debeat coram eo quod bannimentu dictus potestas infra quindecim dies post introitum sui offitii fieri facere teneatur, et qui contra terminum comparuerit coram prefato potestate faciat se scribi et promittet et iuret ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis eorum artem bene et legaliter et bona fide facere et inviolabiliter observare omnia et singula in presenti capitulo contenta teneantur, et dicti macellarii carnes vendere volentes habere et tenere bilancias bonas iustas et legales et omnia pondera necessaria videlicet libram mediam libram unciam et duas uncias, quaderna

et mediam

et mediam quadernam ad iustas ad pondus bilanciarum
pro qualibet quaderna sigillata sigillo communis sive offitialis dicti
castri et cum ipsis bilancijs et ponderibus carnes emere vole
ntibus ponderare bene et legaliter nemini dari unam carnem
pro alia et non tenere in eodem loco simul carnes plurium be
stiarum nec facere possint societates cum aliqua persona et
ipsas carnes usque in sex libras ponderare debeant cum bilan
cijs abinde vero supra cum statera ferrea quam iustam et
sigillatam quilibet habere teneatur pro pretio quo carnes
venduntur in civitate Spoleti detracta gabella ad mone
tam novam vel secundum provisionem Dominorum Priorum co
silij spetialis teneantur et debeant ipsi macellarij et carnes
vendentes ad minutum macellare bestias bonas sanas
et non infirmas seu mortacinas ad penam quatraginta
solidorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet de fa
cto auferendorum non possint nec debeant ipsi macellarij
ponderare seu ad pondus vendere capita zampas vel in
teriora bestiarum ad penam viginti solidorum denariorum
pro quolibet et vice qualibet, carnes vero infirme seu mortacine
vendantur et vendi debeant extra portam et non allibi ad
penam quatraginta solidorum denariorum pro quolibet et vice
qualibet a contrafacientibus de facto auferendorum et an
dicte carnes sint infirme mortacine aut minus legitime stetur de
clarationi dominorum priorum pro tempore existentium et potesta
tis pro tempore existentis et ad hoc ut melius ex[...] ne
per ipsos macellarios fraus aliqua comitti possit potestas qui pro tem-
pore fuerit primo mense sui regiminis teneatur et debeat vin-
culo iuramenti ad penam quinque librarum denariorum de suo

ſalario retinendarum eligi facere unum bonum et legaliter homi/
nem habitatorem in caſtro iani qui intereſſe debeat uenditioni
occiſioni et ponderationi dictarum carnium qui Jurent bene et le-
galiter ſuum offitium exercere et quos culpabiles inuenerint denum/
tiare et eius denuntiationi credatur, ſine quo offitiali predicto dicti
macellarij non debeant macellare carnes ad penam uiginti ſolido-
rum et ſi talis homo non reperiretur uel non fuerit electus dicti
macellarij non poſſint uendere seu macellare carnes ſine expreſ-
ſa licentia poteſtatis ſeu priorum in absentia poteſtatis predicti/
et ſi dicti becchary contrafecerint incidant in penam predictam
pro quolibet et qualibet uice. liceat cuilibet macellario ponderare
pedes porcorum et caput ſine pena et banno. Aliarum uero beſtia-
rum capita pedes. et interiora non liceat ullo pacto ponderare
et ad pondus uendere ad penam uiginti ſolidorum pro quolibet
contrafaciente et uice qualibet de facto auferendorum et cuilibet
licitum ſit accuſare et denuntiare contrafacientes et habeant
quartam partem banni non obſtante aliquo ſtatuto in contrarium
loquente et de omnibus ſupradictis penis de quibus poteſtas fe-
cerit executionem quartam partem recipiat/

Quod nullus remoueat ſcalas communis de loco ſuo capitulum VII°

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod nulla perſona de caſtro
iani uel eius diſtrictu uel aliunde audeat uel preſumat remo-
uere uel eleuare ſcalas communis exiſtentes prope aliquas portas
uel occaſione cuſtodie dicti caſtri et alibi portas/
ad penam decem ſolidorum denariorum et nihilominus cogat

ad restitutionem ipsarum seu emendationem, et potestas ca
stri iani teneatur et debeat uinculo iuramenti fieri facere
scalas de ligno ubicumque non essent expensis comunis prout
dominis prioribus et consilio spetiali uidebitur et placebit :~

De depositario pignorum cap°: VIII°:

Item statuerunt et ordinauerunt quod camerarius comu,
nis qui pro tempore fuerit sit et debeat toto tempore offitij came,
riatus depositariatus pignorum et omnia et singula quę alicui
quacumque de causa auferentur ad eius manus perueniant
et peruenire debeant, qui camerarius predicta pignora alicui
reddere non debeat neque possit sine licentia potestatis uel alte,
rius offitialis dicti comunis per quem pignus fuerit consignatu
liceat tantum unicuique cui pignus aceptum fuerit quacumque
occasione fuisse aceptum ipsum pignus recolligere et redi,
mire infra decem dies proxime futuros a die quo fuerit ablatu
computandos uidelicet soluendo in comuni illam quantitatem pro
qua dictum pignus fuerit aceptum. et si infra dictos decem
dies dictum pignus non fuerit recollectum a dictis decem di,
ebus inantea subuersaris pignorari possit, tale pignus pro ea sub usuris
quantitate, quam ille talis cuius esset pignus soluere deberet
in comuni sine aliquo bannimento fiendo, possit tamtum ipse
potestas ex sui parte, et mandato banniri facere quod quicumque
pignoratus esset in rebus seu in aliquibus animalibus grauatus
recolligere et redimere debeat infra certum terminum statue,
ndum in bannimento et ad libitum potestatis et si in ipsum
terminum pignus uel sua animalia uel animal non recol-

ligetur a termino inantea tale pignus seu animalia uel animal fuerit ablatum uendi uel pignorari possit cuicumque uolenti et si pignus seu animalia seu animal uenderetur maiori pretio quam teneretur, ille cui ablatum esset illud plus eidem restituatur et in casibus supradictis pignora predicta repeti non possint per quoscumque a baylulo predicto camerario uel alio offitiali, Dicentes et quod si alique persone poneret aliquod pignus penes aliquem tabernarium seu uinum uendentem ad minutum, quod tale pignus recolligere teneatur in decem dies postquam fuerit preceptum per baylulum dicti comunis ex parte potestatis dicti castri, quod preceptum dictus potestas baylulo facere teneatur ad petitionem illius cui tale pignus esset positum et si in dictum terminum decem dierum tale pignus recollectum non esset, ille talis tabernarius uel uinum uendens sua auctoritate licite et impune possit tale pignus uendere uel pro se retinere et ab eo nullo tempore repeti possit et si repeteretur talis repetens non audiatur:

De clauibus cippi comunis per quos teneri debeant capitulo IX°:

Item statuerunt et ordinauerunt quod in cippo comunis sint et esse debeant due claues quarum una sit et esse debeat penes potestatem et altera penes priores pro tempore existentes qui cippus aperiri non possit sine expressa licentia presentia consensu et uoluntate dicti potestatis et dictorum priorum et si aliter aperiretur potestas et priores qui pro tempore fuerint puniantur pena centum solidorum denariorum

pro qualibꝫ vice, et quolibꝫ ipsorum dictas claues habentium et aperientium dictum cippum preter ordinem supradictum et ꝙ dictum cippum debeat aperiri palam inter ipsos sic presentes existentes. et pecunia in eo reperta ponatur penes camerarium dicti comunis ad introitus ipsius camerarij et si potestas predicta neglexerit puniatur pena predicta./

Quod cuilibꝫ liceat accusar' dannum dantem in bonis communis cap°. X°.

Item statuerunt et ordinauerunt quod unicuiqꝫ sit licitum denuntiare et accusare omnes et singulos homines et personas cuiuscumqꝫ conditionis existat dannum dantes in possessionibus cultis et non cultis ac et siluis dicti comunis ubicumqꝫ existant et sub quocumqꝫ uocabulo tam personaliter quam cum bestijs et habeat et habere debeat pro dicta occasione tertiam partem poene que deuenerint in comuni occasione dicte accusationis et eius nomen teneatur secretum et eius accusationi credatur uti iannario uel custodi secreto procedente de similibus ad similia./

De nõ accipiendo inuitas nuptiarum per commune cap°. XI°.

Item statuerunt et ordinauerunt quod si commune iam inuitaretur ab aliquo nobili uel magnate ad aliquas nuptias ꝙ illa talis conuitatio non acceptetur nec aceptari debeat sed omnino renuntietur. et si per potestatem preponeretur

uel per priores ipso facto priuentur eorum officio et nihilominus in decem libris denariorum pro qualibz et uice qualibz puniantur

Quod nulla persona piciat aliquā turpitudinē in uijs et stradis cois cap°. XII°.

Item statuerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat uel presumat ponere seu portat aliquod ingomeramintum seu impedimentum uel aliam aliquam turpitudinem faciat uel proyciat in uijs et stratis publicis castri iani, nec de aliqua fenestra in uijs et stratis predictis aquam uel aliquam rem turpem proyciat ad penam quinq solidorum pro qualibz et uice qualibz qua fuerit contrafactum quā penam contrafaciens de facto soluere compellat et cuilibz sit licitum denuntiare et accusare contrafacientes et eius denuntiationi et accusationi credatur et eius nomen teneantur secretum et habeat quartam partem banni, dicentes et quod nulla persona faciat aliquam turpitudinem in casellam per mediam perticam ad iustam perticam communis iani circum circa ipsam casellam ad penam decem solidorum denariorum pro qualibz et uice qualibz qua fuerit contrafactum.

Quod nulla persona procijat turpitudinem ad aliquam portam cap°. XIII°.

Item statuerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat uel presumat proicere lapides cinerem scopamen, uel aliam inmunditiam seu inpedimentum uel rem fetidam aut turpem, a porta superiori dicti castri per stradam publicam usq ad portam inferiorem et

prope ipsas per perticam communis Iami ad penam quinque solidorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet et cuilibet liceat delinquentes denuntiare et accusare et credatur eius denuntiationi vel accusationi cum iuramento.

De pena occupantium plateam communis cap°. XIIII°.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona apprehendeat vel occupet seu apprehendere vel occupare presumat de platea communis Iami nec in ipsa platea aliquod ingomeramentum facere vel ponere nec in domibus seu domo existentibus circa plateam predictam facere vel ponere profellum vel aliquod aliud edifitium ad penam centum solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente, et nihilominus quod factum fuerit removere et elevare teneatur et nulla persona de aliqua domo circum circa dictam plateam proiciat aquam seu aliquas alias turpitudines in dicta platea ad penam quinque solidorum denariorum pro quolibet et vice qualibet auferendorum.

Quod nulla persona lavet pannos in fontibus cap°. XV°.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona lavet pannos in fontibus, olera vel aliquam aliam turpitudinem faciat in aliquo fonte communis Iami vel eius districtus, nec aliquod maceratorium faciat prope ipsos fontes per duas perticas ad perticam communis ad penam decem solidorum pro quolibet contrafaciente et nullus audeat in dictis fontibus vel aliquo ipsorum se[...] vel be

ſtiam aliquam lauare ad penam uiginti ſolidorum denariorum de
facto auferendorum, et cuilib(et) ſit licitum denuntiare et accuſare
et habeat tertiam partem banni de parte uenienti in comum et eius
nomen teneatur ſecretum et poteſtas qui fecerit inuentionem et exe-
cutionem ſiue alius officialis dicti comunis habeat quartam par-
tem predicte pene.

Q(uod) laboratores no(n) poſſint abſq(ue) licentia d(omi)ni poſſeſſio-
nis terram reſtingliare cap(itulum) XVI°.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod nullus laborator alicuius
poſſeſſionis poſſit uel ualeat terram quam laborauerit abſq(ue) licentia
domini uel patroni ipſius reſtinghare et ſi quis tante temeritatis
extiterit quod preter uoluntatem domini ipſius terre ſeu poſſeſſio-
nis reſtinglauerit perdat et perdidiſſe intelligatur eius labores
poſitos et conuerſos in ipſa reſtingliatione et nihilominus debeat
talis laborator deſiſtere a laborerio et cultu dicte poſſeſſionis et terre
a die et hora qua ſibi prohibitum fuerit per dominum et patronu(m)
ipſius ad penam quatraginta ſolidorum pro qualib(et) contrafaciente
et uice qualib(et) dicentes inſuper quod ſi aliquis uendiderit, dona-
uerit permutauerit uel modo aliquo oblignuerit poſſeſſionem uel
terram quam aliquis ad laboritium haberet uel teneret intelliga-
tur ius laboratoris penitus preſeruatum et nulli poſſit obligari ſine
ipſius licentia et conſenſu ad penam uiginti ſolidorum et nihilomi-
nus de fructibus earum reſpondere teneatur illi cui talis uenditio
ſeu conceſſio uel permutatio facta fuerit niſi secus inter contrahen-
tes paciſcatur.

Quod quilibet habens domum in castro iam teneatur ante domum mundare in die sabati cap.° XVII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque habet domum in castro iam teneatur et debeat quolibet die sabati videlicet a festo nuntiationis virginis marie de mense martii usque ad kalendas Novembris inclusive ante domum suam scopare seu spazzare et mundare suzzuram, lapides et omne aliud ingomeramentum ad penam quinque solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, et cuilibet sit licitum accusare contrafacientes et eius denumtiationi credatur cum iuramento et habeat quartam partem banni et eius nomen teneatur secretum et nihilominus potestas dicti castri vinculo iuramenti teneatur inquirere de predictis et quolibet die sabbati facere fieri banmmentum de predictis.

Nota

Quod quilibet habens parietem vel murum comunem cum aliquo fractum teneatur potestas constringere ad reficiendum cap.° XVIII.

Item statuerunt et ordinaverunt quod si aliquis haberet domum sub eodem tecto cum aliqua persona comunem et fuerit talis domus vel paries devastata et alter eorum domum sive parietem reactare noluerit inter se et consortem suum Potestas dicti castri teneatur et debeat si tales consortes seu convicini non essent in concordia ad petitionem cuiuscumque ex ipsis consortibus seu convicinis cogere illum qui reactare recusaverit ad mutandum sive claudendum talem domum expensis comunibus ipsorum consortium et convicinorum usque ad tectum talis domus, si aliter voluerit ipsorum illud facere de sive vero alter ex convicinis vel consortibus altiare seu murare supra tectum voluerit illud facere non possit nisi suis expensis, salvo quod si consors aliquo tempore voluerit domum suam altiare illud facere non possit si ipsius medietatem expensarum

84v

factarum in tali murer non restituerit consorti qui prius mutuavit secundum extimationem duorum magistrorum communiter eligendorum et qui contrafecerit in predictis in centum solidis denariorum condemnetur:/

De fontibus comunis aptari et manuteneri per ipsum coe et adiacentes cap.o XVIIII.o

Item statuerunt et ordinaverunt quod fontes comunis aptentur et manuteneantur et manuteneri debeant sumptibus et expensis comunis ad sensum voluntatem et deliberationem dominorum priorum et potestas teneatur et debeat ad penam decem librarum in suo salario excomputandarum diligenter exequi et exetutioni mandare pro omne posse, quod per priores dicti castri iam super adaptatione et manutentione fontium predictarum deliberatum extiterit et provisum; Item quod cetere alie fontes comunis existentes in teritorio et districtu dicti castri iam aptentur et manuteneantur et aptari et manuteneri debeant per adiacentes ipsorum fontium ad sensum et voluntatem suprestatis eligendi et deputandi per ipsos priores et confirmandi per potestatem ad instantiam cuiuscumque petentis, cui suprestites debeant reliqui adiacentes obedire in omnibus et per omnia circa reactionem et manutentionem dictarum fontium ad penam quinque solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice de facto auferendorum per potestatem ad requisitionem suprestitis predicti totiens quotiens per supradictum suprestitem fuerit petitum:/

De viis aptandis et terminandis cap.° XX.°

Item statuerunt et ordinauerunt quod omnes et singule vie et strate comunis Jani intus et extra dictum castrum aptentur et terminentur ita quod in qualib. parte sint ample quinq. pedibus ad minus ad pede pertice comunis iani et quicumq. aliq. uiam seu stratam occupatam tenuerit uel tenet in totum uel in partem totum illud q. reperiretur occupatum uel apprehensu relassare cogatur et nihilominus in penam uiginti solidorum ipso facto incurrat./

Quod potas non possit custodibus aliud perci pere q. custodiam nisi in casu necessario cap.° XXI.°

Item statuerunt et ordinauerunt quod potestas qui pro tempore fuerit non possit nec debeat precipere aliquid uel mandare alicui custodi porte dicti castri absq. consensu dnorum Priorum pro tempore existentium preter in casu necessario et oportuno quo casu eleuari possit unum uel duos ad plus de custodia predicta sub pena decem librarum ./

De multura grani percipenda per molendinarios capitulo: XXII:

Item statuerunt et ordinauerunt quod conductor siue conduct[ores] et dnj molendini grani ~~[illegible]~~ teneantur et debeant omnibus et singulis macinare uolentibus percipere pro multura grani pro qualib. cuppa unum capitellum rasum ponderis quinq. librarum et non ultra ad penam quatraginta solidorum pro quolib. contrafaciente et qualib. uice. et quod conductor siue conductores dicti molendini non possint

et dnj

82 v

macinare neq accipere multuram sed predicta fieri facere per
mollarios ad hoc deputatos et quotiens contra predicta fuerit con
trafactum de facto quilibz eorum conductorum incidat dictam pe
nam et potestas ad hoc ut premissa melius obseruentur faciat ad
se uenire dictos mollarios et iurare ad sancta dei euagnelia cor
poraliter tactis scripturis, quod plus uel ultra ut supradictum est ali
cui non accipiat ad dictam penam: / Predicta pena exigi possit contra
quascumq molendinarios ad granum contrafacientes:

Quod nullus impediat cursus aquarum cap. XXIII:

Item statuerunt et ordinauerunt quod nulla persona audeat uel presumat impedire cursum alicui aque ita quod per solitum locum cursum libere habere possit et quicumq dictum cursum impedierit uel remouerit debeat tollere, remouere et renouare omnem noui tatem et impedimentum impediens talem cursum ad petitionem cuiuscumq petentis et predicta potestas fieri facere teneatur uin culo iuramenti. et quicumq non remouerit talem nouitatem infra terminum sibi asignandum per potestatem incurrat penam qua draginta solidorum et nihilominus dictum tale impedimentum tol lere compellatur: /

Quod cuilibz sit licitum trasinare ligname pro edifitiis per possessiones alienas cap. XXIIII:

Item statuerunt et ordinauerunt quod unicuiq de castro iam uolentes domum seu edifitium facere sit licitum ligna lapides et quascumq alias res necessarias pro tali edifitio portare et trasinare per terras

et possessiones alienas sine pena. Dummodo per breuiorem locu et minus dannosum transitum faciat. et anteq̃ portet uel trasinet petat iter sibi assignari per dominum possessionis quem locum siue iter ille cuius esset possessio sibi assignare teneatur. et si dominus nõ assignaret assignetur tali uolenti trasinare locus siue iter per duos proximiores conuicinos ipsi possessioni et si ex tali portatione seu trasinatione dominus talis possessionis dannum aliquod substinuerit, dannum sibi emendari teneatur secundum extimationem fiendam per dictos duos proximiores conuicinos siue estimatores cõis

De non faciendis archis uel profellis super uijs et stratis cõmunis cap°. XXV.

Item statuerunt et ordinauerunt quod nullus possit neq̃ ualeat eleuare seu edificare archum lapideum uel uoltam aut profellum ex transuerso de una domo ad aliam super stratas et uias publicas castri iani ad penam quinq̃ librarum denariorum pro quolibꝫ contrafaciente et uice qualibꝫ. et nihilominus compellatur et constringatur talis edificans archum uoltam uel profellum ad illum remouendum et destruendum. liceat tantum cuilibꝫ uolenti extra suam domum eleuare profellum duobus pedibus extra muros siue domus sine pena et banno et non ultra ad penam predictam.

De scalis lapideis nõ fiendis ante domũ amplioribus tribus pedibus. cap°. XXVI.

Item statuerunt et ordinauerunt quod nulli liceat ante hostium siue domus edificare seu construere aliquam scalam lapideam am-

pliorem vel largiorem tribus pedibus non permdicando conuicinis
suis et quod non possit aliquis aliquam scalam lapideam ut supra
dictum est, et supradicto modo edificare nisi prius habuerit licen-
tiam a prioribus et syndicis dicti comunis quicumque vero contra
fecerit puniatur vice qualibet in centum solidis denariorum et
nihilominus compellatur ad remouendum totum id quod edifica-
uerit et construxerit pro dicta scala.

De cloacis remurandis cap° XXVII.

Item statuerunt et ordinauerunt quod quicumque habet in castro iani
aliquam cloacam exeuntem in aliquam stradam vel viam dicti
castri teneatur et debeat ipsam remurare et reactare ita quod
nullum fetorem faciat transeuntibus, Dummodo in muto unde
dicta cloaca exit possit quilibet habere foramen unde labatur a-
qua, et talis mutus fieri debeat expensis illorum quorum esset
dicta cloaca, et potestas qui pro tempore fuerit ex suo offitio ad
petitionem cuiuslibet petentis predicta fieri facere teneatur et
quicumque noluerit facere cloacam siue aliquod sciacquatorium
non possit nec debeat facere supra terram altius quam per unum
pedem et qui contrafecerit incurrat dictam penam et nihilomi-
nus cogatur dictum sciacquatorium ad remouendum aut re-
ducendum ad supradictum modum.

Quod nullus de iano possit comedere cum aliquo forense in palatio comunis expensis comunis cap°: XXVIII.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod ſi contigeret aliquem forenſem uenire ad caſtrum iani quod nullus de iano cuiuscumque conditionis exciſtat audeat uel preſumat cum ipſo foreſe in palatio communis iani comedere expenſis communis abſque licentia dominorum priorum ad penam uiginti ſolidorum pro qualibet et uice qualibet ad quam penam domini Priores minime teneant:/

Quod offitium poteſtatis duret ſex menſibus tantum cap.º XXIX.º:

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod quicumque fuerit poteſtas aut alius offitialis communis, ſex menſibus, non poſſit eſſe ad idem offitium, inde ad duos annos inmediate ſequentes a die finiti offitij computandos et predicta intelligantur et locum habeant in offitialibus forenſibus:/

Quod nullus faciat profellum a latere exteriori muri communis cap.º XXX.º:

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod nulla perſona audeat uel preſumat habere uel tenere in muro caſtri iani seu in alia domo contigua ipſi muro caſtri ex parte exteriori domus uerſus bacanum communis aliquod profellum plancatum ſeu lignum extra ipsum murum et quicumque habet ſeu habebit in futurum illud remouere et eleuare teneatur et debeat poſt preceptum ſibi factum ex parte domini poteſtatis aut alij offitialis dicti caſtri et qui contrafecerit et tale profellum, lignum uel plancatum non eleuauerit puniatur in decem libris denariorum:/

84 r

Quod qlibet de iano debeat habere unum starium orti cap°: XXXI°:

Item statuerunt et ordinaverunt quod quilibet de castro Iani et eius districtu teneatur et debeat habere et facere unum starium orti pro quolibet foculari ad penam viginti solidorum pro quolibet:

De non laborando prope fontes comunis cap°: XXXII°.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona de castro Iani vel eius districtu audeat vel presumat laborare nec laborari facere prope aliquem fontem per dimidiam perticam ad iustam perticam comunis Iani ad penam quatraginta solidorum denariorum auferendorum de facto per potestatem et cuilibet sit licitum accusare et habeat quartam partem banni et eius nomen teneatur secretum.

Quod nullus faciat turpitudinem ante domum Alterius Cap° XXXIII°:

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona de castro Iani vel eius districtu audeat vel presumat facere vel fieri facere aliquam turpitudinem vel ingomeramentum ante domum alicuius persone ad penam decem solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet

Quod scripture possint copiari per potestatem vel alium officialem cap° XXXIIII°:

Item statuerunt et ordinaverunt quod quecumque scripture com

Iani

iam tam civiles quam criminales copientur et copiari possint et debeant et publicari per potestatem et alium quemcumque offitialem dicti castri iam ad instantiam et petitionem cuiuscumque particularis persone volentis seu petentis pro suo interesse et habeat et habere debeat pro premio et salario talis scripture publice et non publice pro qualibet carta talis scripture bonenenos duos, pro examinatione vero testium recipere et recipere possit pro quolibet teste examinato bonenenes duos et non ultra.

Quod quilibet manibus propriis mittat bannum in cippo communis presente uno teste cap.º XXXV

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque cogeretur per potestatem ad solvendum aliquam penam, quacumque occasione in cippum communis tempore talis solutionis debeat talis solvens manibus propriis dictam penam mittere in cippum communis presente saltim uno teste, et si potestas aliter solvi incurrat penam decem librarum denariorum.

De pena extrahentium avem de alieno ingenio cap.º XXXVI

Item statuerunt et ordinaverunt quod quicumque avem vel aves acceperit vel extraxerit de aliquo laqueo ingenio vel rete in possessione aliena ipsum talem contrafacientem penam quinque solidorum denariorum debere solvere in commune et quilibet contrafaciens accusare possit et valeat, cuius denuntiationi et accu-

.U°. 857

ſatioⁱ plenariaⁱ adhibeatur fides cum iuramento./

De pena ſuperflue corructantium capᵒ: XXXVII.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt q quandocumq contigerit aliquam perſonam de caſtro iani uel eius diſtrictu mori, nullus aude at uel preſumat ſtare nec ire extra domum talis mortui cum capute extracto, ſeu capillos capitis, ſibi extrahere uel manibus ſe percutere, exceptis patre pro filio, filio pro patre, fratre pro fratre et alijs defuncti attinentibus uſq in tertium gradum, et nulla mulier poſt ipsum mortuum ire preſumat quando portatur ad sepulturam nec exire de domo defuncti niſi quantum duret spatium dicte domus et aliarum duarum, quicumq autem contrafecerit ſoluat nomine pene uiginti ſolidos denariorum, et quod quicumq iret poſt mortuum uel ipsum aſſotiaret ad eccleſiam per uiam uel in eccleſia non poſſit nec ualeat uociferando flere uel plorare itaq audiatur ad penam uiginti ſolidorum denariorum, et ſimili pena puniantur mulieres euntes inde ad octo dies ad eccleſiam alta uoce ibidem flentes et plorantes itaq audiantur ab alijs in dicta eccleſia exiſtentibus, et poteſtas teneatur et debeat inquirere pro predictis et repertos culpabiles puniret./

De eo qui uellet facerᵉ ciſternam capᵒ XXXVIII:

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod quicumq de iano uel eius diſtrictu uellet cauare in dicto caſtro pro aliqua ciſterna comune

teneatur et debeat dare, volenti predcã facere, calcem pro me
dietate et arenam ad sufficientiam pro dicto laborerio:/

Quod statuta contra libertatem ecclesiasticam et contra coe Spoleti
cassentur et pro cassis habeantur cap°: XXXIX°:

Item statuerunt et ordinaverunt quod si in presenti volumine
statutorum essent aliqua statuta facta contra libertatem Roma
ne ecclesie, ac contra statum mag.ce Comunitatis Spoleti talia
statuta sint cassa irrita et nullius valoris et ea pro cassis, irritis
et nullius valoris haberi voluerunt et minime observari:/

De scripturis extensis scribendis per potestatem
cap°: XXXX°:

Item statuerunt et ordinaverunt quod potestas comunis Jam
qui pro tempore fuerit teneatur et debeat omnes et singlas
scripturas civiles et criminales mittere et scribere in libris
vel quinternis comunis extense et finito suo offitio omnes li
bros et quinternos cum omnibus suis et suorum predecessorum
libris et scripturis que ad eius manus pervenerint reassignare
prioribus et cancellario dicti comunis et si contrafecerit vel ne
gligens fuerit condemnetur in viginti libris denariorum:/

Quod potestas non possit refirmari in offitio in
castro Jani cap°: XXXXI

86v

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod offitium poteſtatis dicti caſtri duret et durare debeat pro sex menſibus tantum et non ultra et quod pro alijs sex menſibus uel pluribus ſeu paucioribus non poſſit nec debeat firmari aliquo queſito colore et qui arengauerit ſeu conſilium dederit contra predicta ſoluat et ſoluere debeat pro qualibȝ arengante et qualibȝ uice quatraginta ſolidos denariorum :/

De nõ facientibus cuſtodiam et alias factiones reales et personales cap°. XXXXII°.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt q̃ nõ facientes cuſtodiam et alias factiones tam reales q̃ perſonales in caſtro iani et eius diſtrictu tam homines q̃ mulieres ſoluant et ſoluere teneantur et debeant pro qualibȝ datiua que ſmponentur et exigerentur pro parte dicti comunis iani pro qualibȝ decina librarum inquibus eſſent allibrati dicti non facientes cuſtodiam et alias factiones ut ſupra duos ſolidos denariorum :/

Q̃ pecunie cõdemnationum ueniant ad manus camerarij dc̃i cõis cap°. XXXXIII°.

Item ſtatuerunt et ordinauerunt q̃ omnes quantitat pecuniarum dicti comunis ac ẽt in cippo comunis reperte perueniat et peruenire debeant ad manus camerarij dicti caſtri iani pro ipo comuni recipientis ſine aliqua diminutione :/

De pena recuſantis dar pignus, potei, cancellario ſiue baylulo cōis cap°: XXXXIIII°

Item ſtatuerunt et ordinauerunt quod ſi aliquis de dicto caſtro uel eius diſtrictu ſiue habitator eiuſdem recuſauerit dare pignus poteſtati cancellario ſiue baylulo dicti comunis petenti dictum pignus quacunq; de cauſa uel occaſione, talis contrafaciens pro qualibȝ uice incurrat penam decem librarum de facto auferendorum et quod poteſtas ſiue cancellarius non poſſit ire ad pignorandum ſine baylulo comunis ad penam decem librarum denariorum pro quolibȝ et qualibȝ uice de eorum et cuiuſqȝ ipſorum ſalario retinendarum; Poſſit tamen baylulus et debeat atq; teneatur ſiue predictis poteſtate et cancellario de commiſſione et mandato ipſorum ad penam cuiuſcumq; ipſorum arbitrij de ſalario ipſius bayuli retinendam ſolus ire ad pignorandū et qui recuſauerit eidem dare pignus pro qualibȝ uice ſoluat penam decem librarum ut ſupradictum eſt, ſi quis uero pignus acceptum inuito baylulo uiolenter abſtulerit ſoluat duplum ſupradicte pene qualibȝ uice de facto abſqȝ aliqua condemnatione :/. ~ ~ ~

Qđ coſtumarij et dbitores cōis nō ſoluētes in t̄por̄ teneant̄ ad interec̄ cōis Cap̄ XXXXV

J[tem] Statuerūt et reformauerūt ad euitan̄ doloſas rapinas que coītati dci caſtri lani quottidie inſidiant̄, qđ oēs [illegible] coſtumarij [illegible] uł bonoȝ cōis dci caſt̄ dbeat [illegible] in locationib; coſtumoȝ eis aſſignatū ſolueŕ et [illegible] numeraŕ oēm pecuniaȝ quātitatē ex cauſa dcoȝ coſtumoȝ dbitā, ſub pena in caſu cōtrauētionis [illegible] et interec̄, que et quas dca coītas p̄pea ſubierit [illegible] ſine requiſition̄ et proteſtation̄ p camerariū uł [illegible]

87v

omnis Prioribus dci cast contra ipsos costumarios ꝓmanati coram dno Potate prefati c costitutos. Item qd dci costumarij et oes et singli creditores dci cois dbeat dscribi facer in ꝓntia saltem duoꝝ Prioꝝ dci c qdcumq solverit occoe costumi, ut haber pretenderet ex quacumq cā a dcā coitate intra ter octo dieꝝ a die solutionis ut traditionis coputan, manu ꝓ Potatis ut deputan a dcā coitate in libro cois, et in cedula seu butta penes ipsos costumarios ut creditores remasura, in quo libro et butta scribi dbeat dies solutois, quatitas soluta, et pro qua causa, alr dco ter no elapso, et nō fcā dcā dscriptione qdcumq datu seu solutu dce coitati habeat et sit pro satisfacto et excoputato a dcā coitate, in cōtrariu qbcumq nō obstan nisi alr fuerit provisu ꝑ utrumq cosiliu dii casti.

De cosinibus capraꝝ cap XXXXXVI

Item statuerut et reformaverut qd nullus d dco c Janj ut aliunde audeat ut ꝓsumat retiner ultra duas capras versus planu infra confines infros, Vz voc piscine, silua putei, area heredu arcangli, uia fontis macioni, domu heredu speradaj, domu alexandri stefanj, fonte loggioj, uia sarazani, uadu apulie sanctu Joem collicelli, usq ad cosinia cast. Janj cu mōt falcho, capu cois in uoc mal funj, molēdinu s. angli ut platea Janj, s.tum anglum ut piecciano, sanctu andrea, sactum saluatore ꝑ uia usq ad voc lutrianj, et usq ad piscina predcam sub pena dce solidoꝝ ꝑ qualz capra retēta sup dcum numeru et vice quals fuerit iuēta infra dcos cosines, liceat tn reducer capras in quocumq numero a mont ad stabula et econuerso, sine aliqua pena dumodo in eundo et redeundo nō extāt extra uiā ultra tres

pedes, sub dcā penā p quali et qualibet vice icasu contrauentionis incurreda,
Nihilominus decernentes qd quoluerit retiner una ut dcās duas
capras infra dcōs cōfines teneat ad penas dānor datorum si da
num dederit, quemadmodum alie bestie grosse, et ad solutione duan
datiuam quolibet anno ffcis bandimentis vz p qualibet capra in calendis
maij bononenum unum cum dimidio et tonde in kalendis nobres sub
pena arbitrio dnorum priorum iponenda pro tempore existentium
iuxta stilum et cōsuetudine dci castri Janj

In dei nomine amen [illegible]

[illegible]

et [illegible]
Lauretius [illegible]

[illegible] evidenti utilitate [illegible] et [illegible]

[illegible] Antonini [illegible]

[illegible] consulendo [illegible]
[illegible]
larinti come sono [illegible] Mastri di [illegible]
[illegible] e deve fatti dalla [illegible]

88v

[illegible] alli [illegible] elettione [illegible]
[illegible] a maggior [illegible] prima [illegible]
[illegible] [illegible] et
[illegible] elettioni [illegible]
[illegible]
[illegible] consultor [illegible] confir
[illegible] alli [illegible]
[illegible] adunare [illegible] altri partiti [illegible]
[illegible] alter consultor [illegible]
[illegible] Flaminius [illegible] Firmanus [illegible]
[illegible] mittere ad partitum [illegible] et [illegible]
[illegible] consultorem et [illegible] Flaminius [illegible]
[illegible] dati et recepti [illegible]
[illegible] victorem [illegible]
[illegible] affirmativa [illegible]
[illegible] negativa [illegible] quatuordecim [illegible]
[illegible] et obtentus [illegible]



Laurentius [illegible] Spoleto [illegible] et [illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible] meis armatiani, et [illegible] copiam
[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible]

Priores populi
Civitatis Spolet.

Supradictam confirmationem [illegible] [illegible] dei [illegible] media [illegible]
[illegible] electionem [illegible] contra libertates [illegible]
[illegible] confirmamus approbamus, et observari
mandamus [illegible] palatio [illegible] die 28 Maij 1643

[illegible] 10

· INCIPIT · VS · LIBER · DRA · DRATOR

De pena facientis semitam seu traiectam per terram uel possessionem alterius cap.° I°.

Ordinaverunt autem ac presenti lege statuerunt quod si quis iuerit seu adtrauersauerit per terram uel possessionem alterius faciendo semitam uel traiectam post bannimentum ex parte cancellary dicti castri iam factum ad requisitionem Dnorum seu laboratorum dictarum possessionum soluat uice qualibet si accusatus uel inquisitus fuerit per dominum rei uel laboratores uel eorum procuratores, siue denumptiatus per [sanctum] uel per cancellarium repertus quinque solidos denariorum, saluo quod habens terram seu possessionem que non esset iuxta uiam uel fossum uel non haberet propiam uiam per quam ad suam terram seu possessionem comode acce dere non possit, sibi liceat ad ipsam terram impune ire per terram uicinorum per breuiorem locum et minus dannosum dummodo occasione dicti auditus nullum ius sibi possit aquiri in talibus terris seu possessionibus et stetur et credatur de itinere seu an tu facto contra dictam formam Domino rei uel procuratori si ac sauerit cum Juramento, et si aliquis adtreuersauerit personaliter uel cum bestijs per terram siue possessionem alterius seu banni tam soluat duodecim denarios pro qualibet bestia grossa, et qualibet uice, pro qualibet uero bestia minuta tres denarios et quod uigore

89v

bannimenti ex parte cancellary facti ad instantiam cuiuscumq; per
ipsum procedi non possit contrafacientem ad maiorem q; quinq; so
lidorum denariorum penã

De sepibus et arboribus remouendis cap.º II:

Item statuerunt et ordinauerunt quod si quis sepem uel arborem
haberet supra terram alicuius per sex pedes ad pedes pertice cois
iam teneatur et debeat ipsam sepem uel arborem eleuare infra
quindecim dies postq; sibi fuerit protestatum per dominum ipsius
terre uel per procuratorẽ ad penam uiginti solidorum sibi de facto
auferendorum saluo quod oliuę ficus et omnes alie arbores do
mestice pendentes per quatuor pedes tantum ad dictum pedem
eleuari debeantur et cuilibz sit licitum intrare per possessionem sui
conuicini per locum minus dannosum ad recolligendum poma
et fructus et ligna incisa que caderent de eorum arboribus inter
ram sui conuicini sine pena et banno et si aliquis haberet aliquas
arbores super terras alterius teneatur et debeat ipsas arbores uen
dere Domino terre si eas emere uoluerit pro justo pretio ad exti
mationem duorum proximiorum conuicinorum, et si uender
recusauerit cogatur ad uendendum ipsas arbores pro eo pretio
quod declaratum fuerit per duos proximiores conuicinos ipsi
terrę; que tales arbores ad petitionem domini terrę extimari te
neantur et si predicto pretio uendere noluerit ille cuius essent
terra possit inmune tales arbores incidere facta primo prote

ſtatione ille cuius eſſent arbores qui talem arborem emere et pretium
ſoluere eſt paratus, et ſi dicti duo homines non eſſent in concor-
dia de pretio arborum ponatur tertius extimator per cancellarium
et quicquid per eos duos ordinatum fuerit obſeruetur dummodo
iurent talem extimationem facere bona fide.

De pena dannum dantium perſonaliter cap.º III.º

Item ſtatuerunt et ordinauerunt, quod ſi aliqua perſona dannum de-
derit in uineis, uel pergulis colligendo uuas, ſiue agreſtas usque in du-
os racemos, puniatur in decem ſolidis denariorum, ab inde uero ſupra
pro qualibet racemo, ultra dictam penam ſoluat quinque ſolidos dena-
riorum, ſi fuerit de die, ſi uero de nocte in centum ſolidis denariorum
uice qualibet puniatur, etiam ſi unum racemum uuarum colligerit.
Dicentes autem quod nulla perſona de ſua propia poſſeſſione, uel
conducta poſſit exportare unum racemum, et qui contrafecerit sol-
uat pro quolibet racemo, et qualibet uice, ſolidos quinque denariorum, ſi
fructus oliuarum aliquis colligerit ſimili pena puniatur, ut de die
in decem ſolidis denariorum, et de nocte in centum ſolidis denariorum
pro qualibet uice et quolibet; ſi uero amandulas, ſeu baccillos, uel fabas
recentes aliquis colligerit, puniatur in quinque ſolidis denariorum
de die pro qualibet uice, et de nocte in centum ſolidis; ſi uero ali-
quis, pira, mala, nuces, glandes, et ficus, et alios fructus arborum
colligerit, puniatur in quinque ſolidis denariorum de die, et pro qualibet
uice, ſi de nocte in uigintiquinque ſolidis denariorum pro quolibet

90v

orti

et uice qualib3 puniatur, si uero caules, olera, porros, allia et ce-
pas uel aliud de ortis collegerit si de die in uiginti solidis denarioru
si de nocte in quatraginta solidis denariorum puniatur uice
qualib3, Pro frondatura cannorum soluat quinq3 solidos denario-
rum pro qualib3 uice, si uero inceserit cannas canneti a duobus sup
usq3 in centum soluat decem solidos denarioru pro qualib3 uice, abin-
de supra pro quolib3 centinario in uiginti solidis denariorum puni-
atur et nihilominus teneatur ad restitutionem danni illati, eceptis
minoribus duodecim annis qui in casu predicto in medietate
dicte pene puniantur, si uero palos uel pedagnolas aliquis de
uinea seu possessione alterius abstulerit vz si palosa, duobus supra
in quinq3 solidis denariorum pro qualib3 uice puniatur si pedagno-
las abstulerit pro qualib3 pedagnola in centum solidis denarioru
pro qualib3 et qualib3 uice puniatur, si quis uero de possessione al-
terius fraschas uel alia ligna parua exportauerit pro qualibet
fasce dictarum fraschiarum seu lignorum et uice qualibet in qu-
inq3 solidis denariorum puniatur ¶ et hoc locum habeat in posses-
sionibus cultis in alijs uero possessionibus incultis cuilib3 sit lici-
tum lenare nisi fuerit per dominum rei prohibitum vz per ban-
nimentum ex parte cancellarij factum ad instantiam peten-
tis ¶ si quis uero schapecciauerit ulmos uel salces causa facien-
di herbam soluat pro qualib3 arbore solidos quinq3 denarioru
si uero herbam de croco uel terram et possessionem alicuius
meteret uel faceret soluat pro quolib3 fasce herbe, quam seca-
uerint solidos quinq3, si quis de paleario paleam abstulerit ab-
sq3 licentia Domini pro quolib3 fasce, crino seu sacco soluat
nomine pene solidos uiginti denariorum, pro quolib3 et qua-

lib: uice, si de die, si de nocte quatraginta solidos denariorum si quis exparauerit possessionem alterius soluat pro qualib: uice uiginti solidos denariorum et in qualib: dictorum casuum dannumdantes teneantur ad emendationem danni illati secundum extimationem fiendam per extimatores communis Jani.

De pena dannum dantium cum bestijs Cap. IIII.

Item statuerunt et ordinauerunt q. si bestie alicuius dannum dederint in uinea plena uuis Dominus ipsarum bestiarum v3 pro qualib: boue, vacca somario uel somaria mulo uel mula, equa uel iumento porco uel scrofa irco, uel capra et alijs bestijs similibus a Klendis martij usq. quo uinee fuerint uindemiate soluat uice qualibet et pro qualib: dictarum animalium solidos decem de die, si de nocte duplum. si uero postq. uinee fuerint uindemiate soluat solidos quinq. pro qualib: dictorum animalium et uice qualib: et idem intelligatur si dicte bestie dannum dederint in pastino seu canneto ac si dannum dedissent in uineis plenis uuarum pro qualib: uero pecude usq. in tres solidum unum, abinde uero supra pro qualib: macta dictarum pecudum et uice qualib: solidos quinq. denarioru, si uero in pastino pro qualib: pecude usq. in tres solidos duos, abinde supra pro qualib: macta et uice qualib: solidos decem denarioru. dominus ipsarum soluere teneatur. si uero aliqua supradictaru bestiarum dannum dederit in orto uel croco tempore quo florescit pro qualib: bestia grossa et qualib: uice solidos uiginti pro qualib: bestia minuta usq. in tres solidos duos pro qualib: macta dictaru

minutarum bestiarum solidos decem. Dominus ipsarum soluere
teneatur. Si autem aliqua dictarum bestiarum grossarum dā-
num dederit in aliquo blado, lino, canapa, uel legumine a
tempore seminationis usque ad Kalendas martij soluat domi-
nus ipsarum pro qualibet uice et qualibet solidos duos denariorum
pro qualibet uero pecude usque in tres denarios sex abinde uero
supra pro qualibet macta solidos quinque denariorum. a Kalendas
uero martij in antea usque fuerit expleta messura pro qualibet
bestia grossa solidos quinque denariorum qualibet uice. pro qualibet
